This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.

+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.

+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.

+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN · LIBRARIES · 1817

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN · LIBRARIES · 1817

MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS JESU
A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS EDITA

EPISTOLAE
P. ALPHONSI SALMERONIS

EPISTOLAE
P. ALPHONSI SALMERONIS

SOCIETATIS JESU

EX AUTOGRAPHIS VEL ORIGINALIBUS EXEMPLIS
POTISSIMUM DEPROMPTAE

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS

NUNC PRIMUM EDITAE

TOMUS SECUNDUS

1565-1585

MATRITI
TYPIS GABRIELIS LOPEZ DEL HORNO
via S. Bernardi, 92.
1907

BX
3706
.A2
S18
1971
v. 2

CUM APPROBATIONE SUPERIORUM

MHSI - Volumen 32

Reimpressio photomechanica
editionis Matriensis anni 1907

ROMAE, a. 1972

D. A.
Argent
Lilima
3.15.73
1.3259

SECUNDI VOLUMINIS PROOEMIUM

Alphonsi Salmeronis epistolae in hoc volumine prolatae viginti fere annorum spatium, ultimos nempe ejusdem vitae, complectuntur; incipiunt enim mense Januario 1565, quo Lainius, secundus Societatis Jesu praepositus generalis, supremum diem clausit, et desinunt Februario anni 1585, quo Salmeron, duplici ac splendido scientiarum ac virtutum diademate redimitus, ad superos evolavit. Igitur sicut prioris voluminis monumenta ad Ignatii et Lainii tempora spectant, ita secundi hujus lucubrationes sub trium generalium Borgiae, Mercuriani et Aquavivae regimine conscriptae fuerunt.

Haud sane minorem monumentorum segetem in hoc quam in praecedenti volumine Societatis historiae cultoribus offerimus; nam tercentum septuaginta et amplius epistolas vel alia id genus monumenta historica, maxima ex parte nondum typis vulgata, heic collecta et pro nostro more illustrata exhibemus. In his novem supra centum epistolae, a Salmerone ad varios scriptae, habentur, quarum maxima pars sunt autographa vel archetypa; triginta vero apographa. Reliqua ducentum et eo amplius sunt variorum litterae Salmeroni datae, quarum pars maxima ex praepositorum generalium regestis deprompta est. His accedunt autographa vel archetypa et interdum transumpta epistolarum a viris egregiis Ignatio, Lainio, Borgiae vel Salmeroni scriptarum. Nonnulla horum virorum nomina hic exprimere non abs re erit, ut harum epistolarum valor melius dignoscatur. Ii autem fuerunt cardinales Antonius Caraffa, Marcellus Cervinus, Fulvius Cor-

neus, Gulielmus Sirletus, Stanislaus Hosius, episcopus veronensis Aloisius Lippomanus, episcopus mutilensis Scipio Rebiba, postea sacra purpura decoratus, Latinus Latinius, B. Petrus Canisius, Ascanius Columna, Antonius Caraffa dux Andriae, Portia Caraffa comitissa de Ruvo, Maria Sanseverino comitissa Nolae, Garcia de Toledo prorex Siciliae, Antonius Minturnus, Hieronymus Vignes, Lupus Mardones et alii. Hae autem epistolae licet non omnes Salmeroni datae fuerint, omnes tamen ad eumdem quomodocumque referuntur, et ad ipsius acta illustranda faciunt.

Ut autem lectores nostri aliquam notitiam rerum, quae in hoc volumine tractantur, habere queant, earum synopsim in hac praefatione, ut alias consuevimus, praebemus, in qua hunc ordinem servandum censuimus, ut primo loco res universae Societatis; deinde generalia quaedam, ad ecclesiasticam historiam spectantia; tertio particularia provinciae neapolitanae, Salmeronis moderationi commissae; ac demum ea, quae Salmeronis propriora videbuntur, simul collecta reponamus.

I

Universae igitur Societatis regendae cura, Lainio vita functo, sancto Patri Francisco Borgiae, vicario generali a Patribus professis Romae commorantibus electo, demandata est, qui congregationem generalem mense Junio ejusdem anni 1565 cogendam indixit. Plures hisce quinque mensibus epistolae a Salmerone et Borgia scriptae asservantur. In his Borgia, pro suo erga Salmeronem amore et observantia, eum certiorem facit de rebus ad Societatis bonum spectantibus, tum de provinciae neapolitanae rebus ac personis, tandem de iis, quae ad ecclesiae catholicae proventum pertinere videbantur. Ac primo duci Ferrariae, qui magno desiderio Salmeronis conciones audiendi tenebatur, satisfieri Pater vicarius exoptabat, ea tamen ratione, ut proregi neapolitano, Petro Afán de Ribera, Salmeronis discessio

probaretur (3) [1]. Id tamen a proregè numquam obtineri potuit, ac proinde duci Ferrariae morem gerere non valuit Societas, quod aegre admodum ille tulit.

Cum vero summus pontifex assiduam operam navaret, ut clericorum seminaria ex concilii tridentini decretis in singulis dioecesibus erigerentur, ubi clericalem militiam professuri in pietate simul ac in litteris probe instituerentur, suo exemplo aliis episcopis praelucere gestiens, Romae seminarium erexit, Societatique regendum tradidit, Patre Perusco eidem praeposito, prout Borgia litteris Salmeroni 28 Januarii 1565 datis nuntiabat (3-4).

Poloniae regnum eodem tempore januam Societatis operariis aperiebat (5, 7), et in Hispania collegium majoricense nonnullorum invidia vexabatur, qui calumnias in Salmeronem olim Neapoli pervulgatas recoquentes, majoricensibus sociis negotium haud leve facessebant. Borgia rem totam Salmeroni referens, suam ut apud proregem neapolitanum intercessionem adhiberet, eum rogavit. Paruit Salmeron, tantique ponderis ejus intercessio exstitit, ut non solum plures litteras ad Joannem de Urries, proregem majoricensem, pro collegio Societatis impetrarit, sed, prout Salmeron Borgiae referebat, uberes ex illa procella ad Dei obsequium fructus speraret (5, 11, 14).

Interea, comitiorum generalium tempore appropinquante, Salmeron quotidiano concionandi labore (10) viribus fractis, litteras Borgiae dedit, quibus tum de fructu ex suis laboribus percepto, tum de suo desiderio ad comitia generalia non adeundi certiorem illum faciebat (16). Id autem nullo pacto Salmeroni concedendum putavit Borgia; non enim tanti viri auctoritate ac scientia generalem totius ordinis conventum orbandum censebat; sed tanta, pro suo more, comitate ac gratia sanctus ille vir mentem suam litteris 4 Martii eidem aperuit, ut Salmeron omnino Romam sibi adeundum intellexerit. Quo autem suum erga Salmeronem amorem Borgia luculentius testaretur, cubiculum eidem in illa domus romanae parte adornari jussit, ubi erat sacellum, quo S. Ignatius ad rem divinam faciendam utebatur (21).

[1] Numeri sub paragraphos intra uncinos appositi paginas indicant, ubi res enarratae pertractantur.

Romam pervenit Salmeron exeunte Majo vel ineunte Junio anni 1565; et Patrum comitiatu die 20 Junii primo conueniente, Salmeron cum Borgia ad summum pontificem, ut bonam ad creandum praepositum et ad caeteros comitiorum labores precationem impetrarent, missus est; qua benigne a Christi vicario concessa, die 2 Julii «cum in plena et legitima congregatione, collato numero omnium suffragiorum, plus quam media pars omnium R. P. Franciscum de Borgia nominauerit et elegerit,.. Alfonsus Salmeron auctoritate sedis apostolicae et uniuersae Societatis» praedictum P. Franciscum in praepositum generalem Societatis Jesu elegit (22).

Quam grata omnibus evenerit Borgiae ad supremam Societatis moderationem electio, Salmeron Araozio litteris 30 Julii datis referebat, eumque, ut Romam ad munus assistentis sibi demandatum rite obeundum se conferret, enixe ac amanter deprecabatur (23-27). Verum enimvero numquam nec Salmeron, nec Borgia, neque alii Patres congregati id assequi potuerunt, quod quidem bonam Araozii opinionem apud rectos rerum Societatis aestimatores nonnihil imminuit (24); et Philippi II, regis Hispaniae, erga Societatem amorem, alias saepe luculenter attestatum, hac in re nonnihil defecisse fatendum est (63).

Societatis sibi commissae incrementum ac perfectionem tanto studio Borgia procurabat, ut et in litteris suis ad Salmeronem, et in caeteris ad universam Societatem datis, nihil aliud tam cordi infixum habere perspiciatur. Hac de causa, quod secundae congregationis octavo decreto praescribitur, ut in novis gymnasiis admittendis summa cautela et moderatio adhibeatur, id semper prae oculis habens, Salmeroni idem ad mentem revocabat, et ille vicissim, Borgiae scribens, P. Nicolai Bobadillae nimiam in collegiis exiguae dotationis admittendis facilitatem denuntiabat, quamvis facete et amanter id ingenio illius viri tribuebat, qui phantasiae apprehensionibus plus quam rationum momentis res perpendens «ex musca elephantem, faciebat» (76). Et alias de eodem haec Borgiae referebat Salmeron: «P. Bobadilla, equo suo albo insidens et calonè praecurrente, ad nos advenit, uno die tabellarium praeveniens. Ejus praesentia ac conversatione exhila-

rati sumus, ad mensam etenim semper nos alloquitur, ejusque auditores sumus. Ad Apuliam se profecturum dictitat, ut nova ibi collegia erigat, res scilicet congregationis decreto valde consona; quamvis haec gymnasia mathematica fore credo, prout illa fuerunt, quae meditatus quondam fuit et identidem meditatur» (27-28). Et cum de collegii melitensis institutione ageretur, antequam quidquam certi statueretur, rem Salmeron cum Lupo Mardones, viro prudentissimo ac Societati addictissimo, contulit, qui nullo pacto tale collegium admittendum existimavit, eo quod illius regionis caelum insalubre, oppidum autem exiguum et desertum nimis videbatur, ut cum fructu in eo nostrates versarentur. Vix ad aures Bobadillae consilium domini Lupi pervenit, ad illum convolat, illius consilium vituperat, et nihilo secius ad Salmeronem postea reversus, huic retulit praepositi generalis voluntatem esse ut Lupus Mardones a Salmerone de hoc negotio consuleretur (40). Tertia vero Februarii die anni 1566, eidem Borgiae haec Salmeron referebat: «Episcopus bidruntinus, Fr. Cornelius, ad me de collegio in sua ditione instituendo, tanquam de re penitus deliberata, perscribit. P. Bobadilla multa quidem peragit gymnasia ducentorum vel centum aureorum, quae tamen optima ipsi videntur.» Et paulo inferius de hoc et alio collegio a Bobadilla admisso haec adjungit: «Haec duo collegiola, ceu duo fratres germani, unius ejusdemque patris Bobadillae filii esse videntur» (73). Ex his et aliis similibus locis sat clare perspicitur quam verum sit judicium a P. Astrain de P. Nicolao Bobadilla litteris alibi expressum [1].

Tantum aberat ut horum collegiorum admissio Borgiae probaretur, ut potius de claudendis aliis similibus ageretur, et nominatim de tusculano supprimendo Salmeronis sententia exquirebatur (189). E contrario alia domicilia pro nostrorum adolescentium accurata institutione, cum in tirocinio, tum etiam in studiorum curriculo, desiderabantur; iisque in universis Societatis provinciis erigendis sedulo incubuit Borgia (126-127). Quoniam vero

---

[1] *Historia de la Compañía de Jesús en la Asistencia de España*, II, 12-21.

aliqua collegia domus rusticas habebant, ubi pauci sodales vitam a communitate sejuncti, non sine disciplinae religiosae discrimine ducebant, id prorsus reformandum ratus Borgia, ad Salmeronem plures dedit litteras, hujus reformationis exsecutionem urgens, et promittens laicos colonos se missurum, qui sodalium nostrorum loco sufficerentur (185-186, 188-189).

Multa alia, pro Societatis conservatione et incremento a Borgia praestita, in his litteris commemorantur, qualia sunt gratiae spirituales et eleemosynae a summo pontifice Pio IV obtentae (55-57); privilegium ut nostrates publicis supplicationibus adesse non cogerentur, quod, rogante Salmerone, Borgia a summo pontifice impetravit (63, 89); diligentia ac sollicitudo vere paterna, qua singularum provinciarum necessitatibus providebat, quod pulchre Salmeron litteris Borgiae datis hisce verbis attestatur: «Quam ego semper habui et habeo in prudentia ac eximia P. V.ae charitate, fiducia haud me fefellit; experientia enim didici et quasi manibus meis contrectavi maximam alacritatem ac sollicitudinem quam, ut bonus dux, in provinciis sibi commissis adjuvandis praesefert, et in consolandis iis, quibus regiminis cura demandatur, ut onus suum suaviter portare queant; quare in P. V.a divi Pauli cor videre videor, quocum sane dicere potest: «Instantia mea quotidiana, et sollicitudo omnium ecclesiarum [3].» (164-165).

Sancto Pio V ad supremum pontificatum evecto, eum congreditur Borgia, ejusque pedes exosculatus, eidem totam offert Societatem. Commotus optimus pontifex usque ad lachrimas, eam oblationem sibi gratissimam fuisse profitetur; et reapse Societatis operam ad sanctae ecclesiae utilitatem se velle adhibere addidit, ad idque catalogum operariorum Germaniae expeditioni utilium postulat, quo accepto, PP. Natalem et Ledesmam selegit, quos cum P. Petro Canisio comitiis augustanis adesse jussit, qui religionis catholicae causam tuerentur (69, 70, 75). Inter praecipuos autem Societatis Patres tali missioni opportunos Salmeron designatus fuerat, qui tamen ob justas causas et ob affe-

[3] II Cor. XI, 28.

ctam valetudinem non est missus, quod quidem gratissimum ei accidit, ut ipse Borgiae referebat, illud addens prudens consilium, quod quam sapiens fuerit, rerum eventus probavit: «Optimam, scilicet, Germaniae juvandae rationem fore multos selectosque adolescentes germanos Romae instituere, qui litteris probe instructi, deinde lingua propria illius regionis utentes, ad populum verba facere possent.» Simul collegia Societatis ibidem erecta et erigenda maximo subsidio illi genti fore sperabat (72).

Quamvis vero sanctus pontifex Societatem Jesu, multis eidem gratiis collatis, ejusque privilegiis confirmatis, summa benevolentia provehere studeret (82, 89); ejusdem instituto non omnino prospexisse compertum est, cum illud tulit decretum, quo neminem sacerdotio augeri sinebat, nisi solemnia religionis vota nuncupasset. Gravissimum nostro instituto vulnus tale decretum intulit, statimque Borgia litteras ad provinciales aliosque graviores Patres dedit, a quibus sciscitabatur quid iis in rerum angustiis agendum videretur. His acceptis litteris, Salmeron, auditis suorum consiliariorum sententiis, Borgiae rescripsit unam restare viam, quae post illud decretum inoffenso pede perambulari posset: viam, scilicet, simplicis obedientiae, nulla adjecta exceptione aut interpretatione. Nec verendum, ait, ne sacerdotum numerus imminuatur; nam bene fieri poterit, eos, quamvis pauciores numero, aptiores ad Societatis ministeria reperiendos. Quod si pontifex operarios ad missiones vel seminaria postulaverit, responsio facilis invenietur: non suppetere, videlicet, ad tot postulata nisi exiguum sacerdotum numerum; unde eidem morem gerere non poterit Societas (121, 122, 176, 180).

Cum autem S. Franciscus Borgia, redux ex sua in Hispaniam expeditione, quam jussu Pii V simul cum cardinali Alexandrino susceperat, vix Romam perventus, beatam mortem die 1 Octobris 1572 obiisset, die sequenti P. Joannes de Polanco vicarius generalis a professorum Romae exstantium conventu rite creatus est; qui pro suo erga Societatem amore, statim cum Natali et aliis Patribus ad felicem exitum perduci curavit gestiones jam apud Gregorium XIII inceptas, ut tolleretur S. Pii V decre-

tum, quo nostrates ad ordines promoveri vetabatur, nisi professionem religiosam nuncupavissent (301).

Die 29 Aprilis 1573 Everardus Mercurianus praepositus generalis electus est, et vix clavum Societatis tenuit, cum, ad congregationis generalis tertiae decreta adimplenda se accingens, quod in quadragesimo tertio de duobus collegiolis, interamnensi ac angelopolitano, claudendis statutum fuerat, diligenter id per Patrem Dionysium Vazquez praestitit, qui summa hoc in negotio dexteritate usus est (329-331, 343). Nec minus eminuit Mercuriani sollicitudo et diligentia in spiritu amoris ac mansuetudinis in subditorum regimine superioribus commendando (335); et in mutua inter diversarum nationum socios charitate fovenda, quod ut efficacius procuraret, plures ex Hispania Patres ac sodales in Italiam advocavit (560). Enixe etiam procuravit, ut cordubense gymnasium in universitatem auctoritate pontificia erigeretur, quod ut facilius impetraret, per Salmeronem intercessionem Gundisalvi Fernández de Cordoba, ducis III Suessae [4], adhibuit (656-661).

Everardo Mercuriano die 1 Augusti anni 1580 e vivis sublato, P. Oliverius Manareus, vicarius Societatis, comitia generalia in diem 6 Februarii sequentis anni indixit, et Salmeronem instanter rogavit ut, quamvis senio et aegritudinibus debilitatus, lectica, si opus esset, advectus, Patres Romae congregandos sua praesentia non fraudaret. Obstitit quantum potuit Salmeron, timens ne itineris molestiis in grave discrimen suam vitam exponeret. Tantum vero Patres institerunt ne a comitiis abesset, ut tandem eorum desiderio cedere decreverit (694-697).

Romam igitur se contulit Salmeron cum Patribus Alphonso Sgariglia, neapolitanae provinciae praeposito, Joanne Nicolao de Notariis et Benedicto Sardi, electoribus ejusdem provinciae. Die

---

[4] De hoc egregio viro erudite ac copiose disserit clarissimus scriptor FRANCISCUS FERNÁNDEZ DE BÉTHENCOURT, Regiae Academiae Historiae matritensis socius, in septimo volumine operis, cui titulus: *Historia genealógica y heráldica de la monarquía española*, pagg. 93-101. Hoc septimum volumen nuperrime prodiit, illudque, et caetera quae ab eodem auctore jam edita sunt, digna prorsus existimamus, quae historiae hispanicae cultoribus cumprimis commendentur.

7 Februarii prima comitiorum sessio habita est, electusque P. Salmeron, ut cum Patre vicario et P. Bobadilla summum pontificem Gregorium XIII adiret, apostolicam benedictionem Patribus congregatis impetraturus. Electus est triginta et duo Patrum suffragiis P. Claudius Aquaviva, cujus cum P. Salmerone intima consuetudo et amicitia Neapoli diuturna conversatione firmata fuerat. Magna igitur laetitia exultavit bonus senex cum in tanti viri electione, non sine divino numine peracta, auspicatissimum divini erga Societatem amoris testimonium agnosceret (698-699).

II

Haec et alia complura ad Societatis Jesu historiam collustrandam juvare poterunt. HISTORIAE etiam ECCLESIASTICAE plura utilia in hoc volumine reperientur, quarum aliqua dumtaxat heic lectoribus nostris subindicabimus. Caetera indices rerum ad calcem voluminis positi commodius referent.

Anno 1565 ad finem vergente, Borgiam convenit Vincentius Mariconda, nobilis vir, militiae hospitalis sancti Lazari addictus, qui, jussu magni magistri illius ordinis, Joannotti Castilionis, eorum domos in regno neapolitano sitas lustrare volebat. Cum autem, ob frequentes inter proregem et ecclesiasticas potestates dissensiones, haec inspectio difficultatibus undequaque scateret, eas facili negotio superaturum se speravit Vincentius, si Borgiae et Salmeronis industriam apud proregem adhiberet. Borgiam igitur congreditur, eumque enixe rogat, ut suam apud proregem commendationem praestare velit. Rem Borgia Salmeroni commendat, qui cum novisset Maricondam apud proregem non bene audire, id Borgiae detulit; hic autem tali commendatione prorsus desistendum existimavit (58-59, 62).

Pio IV e vivis sublato, cujus erga Societatem egregia beneficia in his litteris commemorantur (55-57), rumor falsus et Societati calumniosissimus Neapoli sparsus est, cardinali scilicet Borromaeo a nostratibus persuasum fuisse, ut purpuratorum conspi-

rationem, ab ejus avunculo Pio IV institutam, pro novo pontifice ad placitum Borromaei eligendo, conservare et fovere procuraret. Id autem prorsus oppositum veritati attestatur Borgia, litteris 30 Dec. 1565 Salmeroni datis, ubi verum fatetur Borromaeum nostratum sententiam hac de re exquisivisse; tantum autem abfuisse, ait, ut nostrates illam conspirationem suasissent, ut potius scripto responderint reformationem bullae conclavis ad litteram omnino servandam, quae tales coetus et pacta prorsus interdicit (60, 62).

Sancti pontificis Pii V felicem electionem, plausu urbis et orbis receptam, enarrat Borgia Salmeroni scribens, eamque Dei nutu, potius quam hominum votis, evenisse ait, simulque ejusdem optimam animi dispositionem ad Dei ecclesiam fovendam, nostramque Societatem juvandam litteris consignat (60); cui Salmeron respondet magna omnium laetitia Neapoli electionis hujus nuntium acceptum fuisse festisque sumptuosissimis ac publica supplicatione celebratum (63). Cumque novi pontificis virtutes ac praeclaras dotes cardinalis Caraffa Salmeroni amico retulisset, hic vicissim, summo gaudio perfusus, litteras ei dat, Deum Opt. Max. collaudans quod ecclesiae suae talem ac tantum pastorem praebuerit, eumque rogans ut illum multis annis incolumem servet, ut tot corruptelas tollere possit; simulque, cardinali quodammodo invidens quod tanti viri exemplis cominus et familiari consuetudine perfrui valeat (79).

Nec talem de se a probis viris conceptam opinionem fefellit novus pontifex; nam, vix ad cathedram Petri exaltatus, inter alia praeclare gesta, omni studio contendit ut in regno neapolitano tolleretur abusus, qui in dies insolentius in sedis apostolicae auctoritatem invadere non cessabat sub specioso nomine «regii Exequatur», quo quidem proreges, non sine sanctae sedis injuria ac dedecore, abutebantur. Idcirco Salmeroni per P. Christophorum Rodericium, sibi carissimum, injungit ut proregem conveniat, et apud eum ecclesiae jura et honorem defendat. Quam egregie et fortiter difficile mandatum exsequutus fuerit Salmeron, videre est in epistola Patri Rodericio, 18 Augusti 1566 data, ubi inter alia haec refert: «Paucis abhinc diebus, rogatus a pro-

rege quid sentirem de illo «Exequatur» omnibus litteris apostolicis apposito, longam apud ipsum habui orationem, efficacibus argumentis demonstrando quam sit indignum et indecorum hoc litterarum apostolicarum examen, quod profecto est usurpatio privilegii, a Jesu Christo principi apostolorum ac ejus successoribus elargiti, quod sane privilegium in evangelio ceu jus divinum clarissime consignatur; illudque, nisi qui evangelio fidem denegare audeat, recusare potest nemo. Ac proinde quidquid adversus tam evidens privilegium attentetur, temerarium prorsus judicandum, nam nihil hoc est aliud, quam humano jure constituere judices illius, qui judex divino jure constitutus est, et pastores supra pastorem, et magistros supra magistrum a Christo creatum, papam denique super papam.» Pergit deinde exponere difficultates a prorege objectas, quibus sapienter simul et fortiter respondet. Sciscitanti post paucos dies Salmeroni quonam statu versarentur negotia summi pontificis, respondit prorex: «Omnes nos tandem obediemus.» Nihilominus prorex non ita accessibilem postea Salmeroni se praebuit; et Salmeron recte existimabat hoc negotium a rege Hispaniae, potius quam a prorege componendum (95-98).

Et re quidem vera tantum abfuit ut ecclesiae jura in posterum a regibus et proregibus hispanis hac in re sarta tecta custodirentur, ut potius in ea qualibet ex causa infinita et molestissima jurgia et vexationes promoverentur. Nec multo post, cum, anno 1566 declinante, summus pontifex Thomam Orfinum, strongulanorum episcopum, cum P. Christophoro Rodericio, ad visendas regni neapolitani ecclesias misisset, regis Hispaniae ministri hanc inspectionem fieri vetuerunt, nisi antea licentia ex iisdem ab episcopo deposceretur. Negavit episcopus sibi talem licentiam impetrandam, cum summi pontificis jussio sibi abunde sufficeret. Restiterunt ministri regis, et Salmeron pro sua erga ecclesiam observantia et amore nihil diligentiae apud proregem praetermisit, ut episcopo sua constaret libertas ad munus sibi demandatum exsequendum; quod Borgiae gratissimum accidit, prout in gratulatoriis litteris, 29 Decembris Salmeroni datis, attestatur (116-117).

His non obstantibus impedimentis, pontifex et rex Hispaniae, cum venetis contra turcarum potentiam colligati, illam gloriosam expeditionem ad felicem exitum perduxerunt, de qua haec Salmeron Caraffae litteris 24 Augusti 1571 effabatur: «Dominus Joannes austriacus ante triduum navigationem Messanam versus instituit, a nobisque discessit, magno sui apud omnes desiderio relicto, atque hactenus quidem prospero vento vsus est, putamusque illum jam eo pervenisse, quo cogitabat. Proxime consequentur triremes neapolitanae numero 30, et navium multarum apparatus, quae milites bellicaque instrumenta instructissimamque armorum supellectilem secum advehunt. Quo tendat tanti belli significatio et apparatio, non satis omnibus est compertum. Res ista brevi se prodet, ac nos divinandi sollicitudine liberabit» (250). Et reapse paulo post ab hac sollicitudine liberavit ecclesiam suam Deus insigni illa victoria, de qua Hosius uno fere post illam mense Salmeroni gratulabatur (263).

Gregorio XIII ad summi pontificatus apicem elevato, Salmeron a nuntio apostolico Antonio Saulio ex sanctae sedis mandato jussus est scripto enarrare quae ipse viderat et audierat in morte Antonii Villani, qui munere regentis in regno neapolitano functus fuerat. Ex Salmeronis scripto, quod 4 Decembris 1573 datum fuit, haec eruuntur, quae paulo superius dicta de ministrorum regis Hispaniae in ecclesiasticam potestatem invasione prorsus confirmant. Ipse enim regens Villanus, morti proximus et lachrimis suffusus, Salmeronis eumdem invisentis manum apprehendens, candide ac sincere confessus est intimo conscientiae suae stimulo angi eo quod jurisdictioni ecclesiasticae, et nominatim summi pontificis auctoritati restitisset, idque ob ambitionem se fecisse, ne scilicet a gratia regis Hispaniae ejusque proregis benevolentia excideret; qua in re se toto coelo, quamvis ignoranter, errasse fatebatur; et in errorem se inductum fuisse perdolebat; nam de caetero auctoritatem sanctae sedis agnoscebat et reverebatur. Idcirco magno se timore affici dicebat ne in barathrum ob id scelus detruderetur; Dei tamen infinita misericordia fretus suum erratum detestabatur, paratum se praebens ad officium regentis deponendum, si valetudinem recuperaret; et

malle se, ajebat, in collegio Societatis janitorem agere, quam ad anteactae vitae errata reincidere. Eum Salmeron consolatus est, illumque bono ut animo esset, spemque totam in Dei clementia ac bonitate reponeret, adhortatus. Interea venit nuntius summi pontificis Pii V, Caesar Brumanus, qui, poenitentia et lachrimis Villani permotus, eum nomine pontificis absolvit. Villanus autem hac reconciliatione recreatus, tertio abhinc die piam mortem obiit. Haec omnia publica fama per totam urbem divulgata sunt (338-341).

Ita civitas neapolitana, nunc his exemplis pietatis permota, nunc publicis poenitentiae ac religionis supplicationibus ad Dei opem in reipublicae calamitatibus vel periculis implorandam adunata (412, 415), nunc adventu et regio apparatu Joannis Austriaci, quem Salmeron «delicias urbis et orbis» nuncupat, exhilarata (303), nunc nobilium hispanorum pietate ac religione illustrata, inter quos Petrus Afán de Ribera, Eneco López Hurtado de Mendoza, ejusque filii Franciscus et Eneco de Mendoza (504, 525-526, 528-529, 605-606), Joannes de Zuñiga (691) et alii; haud spernenda ex hisce litteris monumenta colligere poterit ad suam historiam locupletandam.

Quamvis autem multa praetermittenda sint, quae historiae ecclesiasticae utilia videri poterunt, nefas esset silentio premere quae Gregorius papa XIII pro religione catholica inter japonenses promovenda gessit, a Claudio Aquaviva Salmeroni 29 Septembris 1582 perlata: «Con questa occasione darò a V. R. una nuoua, di che non dubito ch' ella, come Padre di noi tutti, s' habbia a consolar', et è, che S. S. essendo stata da noi ricchiesta sin l' anno passato, et pur adesso di nuouo, di porgere alcun sussidio temporale alla nuoua xpianità. del Giappone per instituirui qualche seminario di naturali, et ancora per mantener il numero necessario de nostri, poichè tali spese non si poteuano hauer da quella terra ueramente pouera, nè conueniua, acciò che non videremur quaerere eos, sed sua, così Sua B.ne, col suo solito zelo di promouere l' honore et seruigio di Dio, ha fatto un' assignamento di 4000 △.di l' anno sopra li spoglii di Spagna, raccomandando di più questo negotio al re catolico, dal quale pur

s' aspetta parimente qualch' aiuto per l' istesso effetto» (717). Haec cum Salmeron legisset, prae gaudio et consolatione jubilans, gratias egit divinae Bonitati, quae, ut ipse ait «viam summo pontifici ostendit, qua debito excelsi muneris sibi commissi satisfacere possit, utpote qui sua caritate ad extremas mundi oras pertingit et in illas omnes penetrat» (718-719).

III

Jam ad PROVINCIAE NEAPOLITANAE RES properat animus; quae profecto sub Salmeronis moderatione, tum collegiorum numero, tum operariorum et magistrorum selecto augmento, tum denique studiorum laude et sacrarum concionum fructu summopere floruit, prout in omnibus ferme hujus voluminis epistolis conspicitur.

Ac primo quidem quanta Salmeron diligentia curaverit ut sua provincia exiguis collegiolis non gravaretur, vidimus superius, et alias saepe in his epistolis apparet (40-42, 68). Cum autem de domo probationis constituenda ad nostrates genuino Societatis spiritu imbuendos ageretur (83), Salmeron, Borgiae meliori quo posset modo obsecundare exoptans, illam domum nullo pacto ad sanctum Severinum locandam censuit, sed commodius vel Nolae vel Neapoli eam successuram sperabat (129-131); nec tyrones nostros Neapoli in collegio alendos existimabat, donec ampliores aedes ibidem aedificari possent (131-132). Novitiorum vero institutioni P. Realinus, a Borgia propositus, non ita Salmeroni aptus illi officio videbatur, id Deo nimirum portendente, ut talis ac tantus vir, ad mirabilem lyciensium salutem destinatus, ab illa sua vocatione non averteretur (173-175). P. Innocentius Spatafora, qui Salmeroni «margarita pretiosa, homo prorsus benedictus» videbatur, tandem electus est; nec diu tali munere functus, nam caelo maturus, pie obiit Nolae (179, 208); cui ad tempus P. Sorianus (162, 165, 208), et deinde P. Hippolytus Voglia successerunt (801).

Nec etiam tertiae probationis annus a Salmerone neglectus est; cum enim neapolitanae provinciae comitia coacta fuissent, postulaverunt illa tertium probationis annum in praxim reduci, quod quidem Salmeron diligenti studio victisque plurimis difficultatibus adimplere curavit (452, 565-566).

Summo autem gaudio bonus provincialis affectus est cum vidit Borgiae sollicitudinem in provincia neapolitana optimis operariis et magistris locupletanda (162-164, 422), prout ipse in suis ad Borgiam litteris fatetur (164-168); ubi etiam ait illam provinciam selecta juventa ad litteras et scientias profitendas instructam esse, quibus magisterium pro dignitate sustentari posset (167). Optimis etiam operariis dotari illam provinciam enixe procuravit Salmeron (180 181); ideo P. Ramirum ex Hispania Neapolim venire curavit (84-88), Josephum Blondum ex Sicilia (166); Jacobus insuper Acosta et Ludovicus Masellus Neapolim advocati sunt, ille ut theologiam, hic ut philosophiam praelegeret (34, 38). P. Carminata, impiger operarius, Roma accitus venit (42, 46) et alii plures et selecti viri virtute et scientia conspicui Neapolim convenere, rejectis a Salmerone nonnullis, qui vel inutiles vel incorrigibiles videbantur (94, 115, 117-118, 176, 180-181, 201).

His tam selectis hominibus adornata provincia, uberes sanctimoniae et scientiae fructus quotidie cum Neapoli tum Nolae proferebat, prout Salmeron saepe gaudens praepositis generalibus nuntiabat (45, 49, 50-51, 181, 432-433, 605). Lectorem sacrae scripturae constituere proposuit Mercurianus, quod maxime probavit Salmeron pro studio, quo semper ad has sacras litteras ferebatur (566).

De fructu autem ex sacris ministeriis collecto crebram mentionem facit P. Alphonsus in suis litteris, et ex aliis etiam hujus voluminis monumentis passim eruitur quam strenue nostrates in illa agri dominici neapolitana parte excolenda insudaverint (15, 486, 488-489, 756-759, 763-764, 772, 775-776, etc.).

Quoniam vero, P. Antonii Soldevilae exemplo perducti, plures collegii neapolitani incolae paupertati religiosae frequentia vulnera infligebant, Salmeron Mercuriano rem defert et remedia opportuna adhibet, quibus socii, ad meliorem frugem adducti res

superfluas, in cubiculis coacervatas, ad pedes moderatorum abjiciunt et novo spiritu in via perfectionis religiosae ambulare satagunt (384, 389, 391, 392, 408-411, 418-419).

Nec tantum proximis spiritu et litteris excolendis, sed templo quoque pulchre decorando et ornando diligenter incumbebat (127-129), et ad has aliasque tum neapolitani tum aliorum collegiorum expensas sublevandas eleemosynas a piis et opulentis principibus oblatas erogabat (64, 84, 87, 54, 55, 56, 345, 361, 394-395, 434-435); inter quas memoratu digna est stips a rege Hispaniae Philippo pro parta sibi, Deo favente, in Africa victoria variis religiosis domiciliis collata, quorum unum fuit nolanum collegium, eo tempore maxima inopia laborans (51, 54).

Hujus autem collegii paupertas et aliae haud parvae difficultates Borgiam et Salmeronem perpulerunt ad ejusdem convictum supprimendum (122-123, 132); sed id non statim sed paulatim exsequendum prudenter statuerunt, ne offensio in illa suboriretur civitate (134, 138, 141-142). Nec tamen vitari potuit quin cives, id aegre ferentes, apud Borgiam conquererentur, litteras ei dantes, quibus, ut convictu supprimendo supersederetur, eni xe eum rogabant (799-800). Sed Salmeronis industria, cardinali Crivellio et aliis, qui clausurae convictus obsistebant, satisfactum est, aliquibus pueris ex nolano convictu ad collegium germanicum missis (156, 159).

Eodem fere tempore de collegio Angelopoli instituendo agi coeptum est, ut ducissae Nuceriae Joannae Castriotae, quae Societatem in illa sua ditione stabilitam videre magnopere exoptabat, satisfieret (41). Et cum illa petiisset ut ejusdem Societatis operarii sibi mandarentur, qui illos oppidanos sacris ministeriis excolerent (57), missus est P. Nicolaus Bobadilla, qui et morem ducissae gereret, et collegii negotium exploraret (61). Rem tamen Salmeron differendam existimavit, eo quod exigua admodum dotatio offerebatur, ad solidam gymnasii fundationem prorsus insufficiens; sicque rem sorori ducissae, Hippolytae Castriotae, significavit (67-68).

Cum autem collegiorum rhegini et catacensis inspectio difficiis valde ob locorum distantiam provinciali neapolitano reddere-

tur, Salmeron curavit illa ut collegia provinciae siculae annecterentur (145, 148, 149). Re nihilominus in varias partes disceptata, ad extremum in neapolitana provincia collegia illa relinquenda visum est (205-207).

Ex illius provinciae gymnasiis catacense prae caeteris Salmeroni et ejusdem incolis frequentiores attulit molestias, tum ob episcopi Ascanii Geraldini aversum a nostris animum, qui eos nec mane nec vespere ad populum verba facere sinebat, tum ob cujusdam sodalitii commotiones propter templum divi Joannis, quo socii utebantur. Nec Borgia nec Salmeron nostris in his perturbationibus defuerunt. Litteras episcopo dari curarunt, quibus Societatis jura defenderentur, et sociis libera ministeriorum ad nostri instituti normam exsecutio relinqueretur (73-74). Ad confraternitatis autem commotionem sedandam et pacem nostris restituendam curavit Salmeron, ut P. Montoya Catacium mitteretur, qui sua prudentia omnia ad pacem et quietem reduceret (135-136, 139-140).

Anno 1574 initium sumpsit lyciensium erga Societatem Jesu studium ac desiderium habendi in sua civitate operarios ejusdem ordinis. Ansam praebuit hisce studiis P. Marius Fabritius, qui eo anno in illa urbe concionatus est. Propositis Salmeroni lyciensium votis, iis obsecundandum ille censuit, eo quod urbs illa et populosa et doctrinae indigens admodum videretur (366-367, 369, 380); sed cum lycienses cives factionibus scinderentur, quod alii probabant de novo Societatis domicilio erigendo, alii pro virili impedire conabantur. Cum igitur pars Societati adversa, quae eo tempore gubernacula tractabat municipii, decretum edidisset, quo stante, Societas sine dedecore domicilium ibi figere non posset, res ad meliora tempora differenda fuit (382). Sed eodem anno ad exitum declinante, mutato urbis senatu, et comitiis generalibus coactis, illud decretum prorsus abolendum et antiquandum decernunt (382, 445-446). Duos Patres Lycium mittendos censuit Mercurianus (447-448); et Salmeron, re mature perpensa, nullum illi missioni aptiorem hominem reperit Patre Bernardino Realino, cui socium adjungit P. Jacobum Abbatem, et eos ad institutionem domus lyciensis praeparandam mittit (455-456). Amantissi-

me illi duo selecti viri a civibus lyciensibus excepti fuerunt, pingues statim eleemosynae certatim ad domum aedificandam corrogatae, situs optimus in urbis umbilico delectus, et domus fabrica, prae gaudio gestientibus civibus, inchoata (459, 461). Displicuit tamen Salmeroni quod P. Realinus domum emi et possessionem ejusdem capi sine praepositi generalis venia permisisset (469-470, 474, 478); sed Bernardinus passive tantum se habuerat, et lyciens es domum emerant, ut videtur, inconsulto P. Realino. Quod cum Mercuriano relatum fuisset, et gesta a P. Realino probavit et lyciensibus, qui contractum cum Societate litteris consignare recusabant, cedendum prorsus existimavit. Salmeroni insuper ut verba solatii Patri Realino scriberet, Everardus commendavit (483, 487, 491, 494-495, 497-498). Sed tandem, hisce difficultatibus superatis, primus fabricae lapis summa totius populi laetitia jactus est, et re ad proregem neapolitanum perlata, gratulatorias litteras lyciensibus scribit, eosque simul ad inceptum opus perficiendum adhortatur (596, 621, 625).

IV

Quamvis dicta hactenus fere omnia DE P. ALPHONSO SALMERONE disserunt, vel ipsum aliquo modo respiciunt, nonnulla propius ad ipsum spectantia in hunc locum reservavimus.

Ac primo quidem de lectionibus sacris, quas, dum per valetudinem ei pro suggestu dicere licuit, nunquam intermisit, aliqua attingenda sunt. Ante maximum jejunium anni 1566 psalmum «Eructavit cor meum» sexdecim lectionibus ad populum diebus dominicis explanavit. Tempore autem quadragesimae de psalmis, qui ad poenitentiam attinent, disseruit, quibus tempore paschali accesserunt commentarii in psalmum CII «Benedic anima mea Domino», qui, ut ipse ait, totus eucharisticus est, in eoque enodando ad festum usque Corporis Domini immoratus est (77, 90-91). Et quanto animi sui solatio his lectionibus vacaret, ipse Salmeron litteris, amico suo cardinali Caraffae 25 Octobris ejusdem

anni datis, hisce verbis profitetur: «Crastina die, quae erit dominica vicesima, proximi anni lectionibus initium dare cogito; et prout superiori anno aliquos psalmos pulchros quidem explanavi, ita in praesenti novi testamenti argumenta assumam ad instar illius scribae docti «in regno caelorum, qui profert de thesauro suo nova et vetera [5]». Initium ducere statui a sermone Domini in coena vel post coenam, a Joanne evangelista sex capitibus scripto, a 13.° scilicet ad 18.um exclusive. Argumentum est certe bellissimum, aptum et cum primis utile.» In eadem epistola laudat matrem cardinalis, Joannellam Caraffam, tamquam mulierem «reapse sanctam et Societatis Jesu amantem, ac solitis suis religionis praxibus intentam» (104). Egregiam etiam Borgiae rogatu scripsit epistolam de Christi servatoris ingressu in urbem Hierusalem dominica palmarum cum multis millibus agnorum, quos ea die solebant judaei in civitatem introducere floribus et ramis ornatos; quam quidem interpretationem ex Jacobo de Valencia deprompsit (152-153).

His sacrarum litterarum commentariis aliisque pro ecclesia assiduis laboribus tantam apud omnes laudem promeritus est, ut summis etiam pontificibus charissimus extiterit. Pius V plura erga illum amoris et benevolentiae signa dedit, ut videre est in epistola a Salmerone cardinali Caraffae data, ubi pro gratiis sibi et muneribus a summo pontifice collatis gratias agit (90); et anno 1569 ab eodem pontifice Romam evocatus est, ut quadragesimales conciones apud eumdem ejusque curiam haberet (182-183).

Intimae autem ejusdem cum cardinali Caraffa amicitiae plura et conspicua in hoc volumine monumenta reperiuntur, quorum vel pauca promere liceat: «Eo me, ait cardinalis, tuarum litterarum suavitas et elegantia redigit, ut tibi hoc maxime tempore, gravissimis studiorum occupationibus distento, minime parendum putem. Quo saepius eas perlego, eo semper doctior hilariorque discedo: quorum alterum sibi totum prudentia tua et doctrina vendicat, perficit alterum vrbanitate atque lepore, cujus si particulam amori in te nostro condonare volueris, accipiam equi-

[5] MATTH. XIII, 52.

dem libentissime, in quo me abs te vinci nunquam patiar; in reliquis erit non difficile me ipsum, qui praestantissimos quosque longe antecellis» (253). Et Salmeron vicissim dilecto cardinali haec et alia similia verae ac spiritu informatae amicitiae sensa pandit: «Quamprimum litteras tuas suavissimas accepi, illa subiit animum cogitatio, meum dominum Jesum in tenella illa ac puerili aetate inventum fuisse a parentibus in templo in medio doctorum, audientem illos, atque interrogantem, suoque eos auditu atque interrogationibus, eruditionis ac succi plenissimis, modeste, summaque cum eorum voluptate instituentem apte, atque erudientem. Profecto, amplissime cardinalis, tuae modestissimae interrogationes, acutae, solidae existunt ac graves, ut me ad majores in dies progressus in sacris scripturis plenius ac luculentius intelligendis faciendos vehementer permoveant, mihique stimulos addant acriores» (255). Et alias his et similibus facetiis eumdem exhilarare satagit: «E stauo per pregar V. Sria. Illma. che questa mia lettera non la mostrasse a nessun corteggiano, perchè non si rida della mia semplicità e sciocchezza, poichè scriuendosi questa littera ad vn tanto prencipe della chiesa romana, nulla prorsus mentio de benefitiis, aut de episcopatibus uacantibus, aut de pinguibus abbatiis, aut eiusmodi aliis similibus; sed totum negotium est de re litteraria, aut de libris sacris editis, aut proxime edendis: non deest tamen legitima excusatio, nempe illa: ex abundantia cordis os loquitur [6]» (270).

Gregorio XIII non minus quam Pio V gratus fuit, qui ei facultatem, a Pio V nunquam impetratam, benigne concessit, legendi videlicet haereticorum libros, quo facilius et efficacius eorum errores refellere posset (282-285).

A cardinali Gulielmo Sirleto, quem interdum de sacris scripturis consulebat (304-305), saepius amoris ac observantiae testimonia, nunc litteris, nunc libris ad se datis, nunc etiam locorum sacrae scripturae mutua collatione, recipiebat (236, 237, 241, 376-377, 453-454, 677-678).

Cardinalis Stanislai Hosii amicitia cum Salmerone jam a con-

---

[6] MATTH. XII. 34.

cilio tridentino intima prorsus exstitit, pluraque illius argumenta in hoc volumine proferuntur. Vix electo Borgia in Societatis praepositum, litteras gratulatorias Salmeroni Hosius dedit, quibus animi sui dolorem simul aperit ob suae dioeceseos perturbationes, daemonis invidia per haereticos suscitatas. «Saepe me, ait, loci piget, quo sum; cum quo fructu verser in hoc munere, non video. Utinam autem ibi saltem in animis horum regnare possem, ubi sum dominus temporalis; non omnino tunc infelix mihi viderer... In comitiis regni majoribus cum essem proxima superiori quadragesima, haud aliter atque basiliscum, ita fugiebant meum conspectum haeretici. Invitabam aliquando quosdam, olim summa mihi necessitudine coniunctos: ad prandium veniebant, ad colloquium ut intrarent in conclave meum adduci nulla ratione potuerunt» (36).

Alias plures Hosius Salmeroni epistolas scripsit, in quibus magna argumentorum copia eum perducere conatur ad causam haereditatis reginae Bonae contra fiscum Hispaniae defendendam. Saepius ab hoc se negotio, homini Societatis parum equidem consentaneo, extricare nisus est Salmeron; sed tantum cardinalis apud praepositum Mercurianum institit, ut tandem Salmeron, quae fuit semper ejus erga Societatis moderatores obedientia, negotium illud suscipere coactus, ad felicem exitum perduxerit, et si non omnem, saltem bonam pecuniae partem a fisco hispano polonis principibus erogari impetraverit (196-200, 209 214, 224-228, 263-265, 552, 563-565). Inter epistolas autem Hosio a Salmerone datas speciali memoria digna est illa, qua suam sententiam, circa praefationem in libros Hosii de confessione fidei catholicae profert, et egregium ac prudens consilium dat cardinali, ut nempe admonitionem in illa praefatione regi Poloniae exhibitam expungat, eamque potius privatis litteris, quam in praefatione typis mandanda, eidem praebeat (326-328).

Beato etiam Patri Canisio, immortali illi Germaniae apostolo, charus admodum extitit P. Salmeron, litterasque amore plenas, tum Canisii ad illum, tum illius Canisio datas habemus, ex quibus pauca excerpere liceat. In laudem libri, a Canisio «De corruptelis verbi Dei» conscripti, haec inter alia habet: «Et vt in-

genue, quid sentio, fatear, cum hactenus multorum Catholicorum non contemnendae elucubrationes contra Centuriatores in lucem prodierint; nullae meo iudicio, tuis, aut iucundiores, aut vtiliores, aut, quod maximum est, nullae ad aduersariis persuadendum magis appositae, atque accommodatae hactenus extitisse visae sint. Tam blanda enim dictione illorum plagas contrectas, molliaque adhibes medicamenta, ab omnique conuitii specie, et asperiori verbo ita abstines, plane vt docere magis praeteferas, quam reuincere; sanareque potius, quam vulnera refricare videaris» (313). Canisius vicissim, dum librum suum de Virgine Deipara Salmeroni per Patrem generalem mitti curat, hisce verbis suum erga illum amorem testatur: «Venervnt huc nuper ex Vrbe Patres, et quod nobis auditu periucundum fuit, de R. T. incolumi valetudine, et libris eius in lucem edendis nuntiarunt. Quare bonorum autori Deo non possumus non gratias agere, qui hanc R. T. senectam adeo firmam vegetamque conseruat, et pios eius in lucubrando conatus ita prosperat, nihil vt dubitemus fore, quin iam diu desiderata eius opera cum huic nostrae Societati, tum vniuersae Christi ecclesiae magnum et decus et commodum allatura sint» (681-682).

Ne autem nimis prolixa haec evadat praefatio, praetermittenda omnino sunt quae cum sapientissimis viris Latino Latinio (307-310, 320-326), Stephano Tuccio (279, 318-320), Francisco Astudillo (277, 281, 293-296) et aliis Salmeron per litteras ultro citroque datas de difficillimis sacrorum librorum quaestionibus pertractavit.

Dum vires Salmeroni suppetierunt, nihil antiquius habuit, quam ut verbi Dei explanatione ac sacris concionibus populo christiano inserviret; ast viribus ac dentibus destitutus, non amplius tam utili ministerio se aptum judicans, ab illo excusari petiit (182). Ne autem illius praedicationis fructu omnino ecclesia privaretur, quod ore et lingua praestare non valebat, id calamo scriptorio supplere jussus est, litterisque mandare ea, quae pro suggestu tam luculenter dixerat. Prompto et alacri hoc mandatum animo suscepit ille vir, semper in sua erga majores observantia constans (187, 191, 202, 204), utque quietiori mente huic

muneri vacare posset, ei Borgia, P. Dionysium Vázquez, primo inspectorem provinciae, deinde provincialis vices gerentem, mittit, quo adjutore, non solum a collegiorum lustratione liberatus est, sed magna parte sollicitudinis, quam praesefert magistratus provinciae, allevatus; unde multo plus temporis nactus est, quod suis commentariis lucubrandis impenderet (234).

Itaque jam ab anno 1570 P. Alphonsus partim provinciae neapolitanae regendae, partim sacrarum litterarum studio, partim suis in ea disciplina difficultatibus cum sapientissimis viris per epistolas conferendis operam assiduam navabat. Ast nimis grave onus erat homini provectae aetatis et laboribus exhausto duplex scribendi et gubernandi sarcina. Idcirco, Mercuriano scribens 24 Junii 1575, ita se defatigatum ait, ut amplius tantum onus portare non valeat; unde ab officio regendae provinciae liberari poscit (518). Id ipsum die 3 Septembris et 28 Octobris ejusdem anni denuo postulabat (588, 612); cui Mercurianus plures amore et consolatione plenas litteras dedit, ei promittens successorem in officio, ut totus suis libris concinnandis incumbere posset (562, 589, 639); et tandem, ejusdem desideriis satisfaciens, eum officio absolvit mense Martio anni 1576, eique successorem assignavit P. Claudium Aquavivam, qui rectoris neapolitani collegii munus a mense Octobri anni praecedentis administrabat (609-611).

Hac occasione novum nobis P. Bobadilla suae inconsiderationis exemplum dereliquit. Cum enim de successore P. Salmeroni assignando Romae agebatur, consultus Bobadilla censuit cum caeteris Mercuriani consiliariis P. Alphonso omnino morem gerere oportere, eum ab officii onere liberando (643, 645); paucis autem post diebus Neapolim veniens, ecce, Salmeronem alloquitur, eumque ad officium minime deponendum, sed potius retinendum permovere, quamvis incassum, conatur; quod quam graviter tulerit Mercurianus, ex ejusdem ad Bobadillam et Salmeronem litteris, quamvis moderatissime conscriptis, satis clare perspicitur (644-646).

Munere regiminis liber, alacri ac laeto animo Salmeron suis commentariis conscribendis et limandis totum se dedit; utque

commodius et citius ad felicem exitum tantum opus perducere valeret, adjutorem a Patre generali postulavit (651-654, 671-674); et tanto studio Mercurianus primo, et post eum Aquaviva, Salmeronis petitioni satisfacere conati sunt, ut selectissimos viros Bellarminum, Jacobum Paez, et Bartholomaeum Pérez de Nueros successive eidem mandarint (686, 697, 727); et etiam de sapientissimis viris P. Maldonato et P. Azor eidem adjungendis serio et efficaciter actum est, quod tamen fieri postea non potuit (722, 730).

Nec vero ita scribendo Salmeron vacabat, ut alia charitatis ac pietatis opera excluderet. Nam nullum fere opus alicujus momenti, a nostratibus Neapoli, vel Romae a Patre generali suscipiebatur, quin Salmeronis opera vel consilium adhiberetur. Ita domus professorum Neapoli eo tempore eo juvante inchoata est (648, 654, 725, 726, 731-732); Claudius, non solum eidem summa diligentia Societatis res prosperas nuntiat (700-702); sed cum iter in provincias Europae inspiciendas instituere meditatur, suum consilium Salmeroni aperit (704, 706); ei libros selectissimos liberaliter donat (706-708); ejusdem sententiam, cum de «Ratione studiorum» conficienda deliberat, magni aestimat eamque amplectitur (709-716, 718); P. Lainii vita a P. Ribadeneira lucubrata typis non committitur, nisi audita et ad unguem servata Salmeronis censura (733-738).

Et his quidem de Salmerone hactenus pressiori calamo praelibatis, brevitas praefationi debita a pluribus nos abstinere suadet, quibus Salmeronis merita de ecclesia Christi, de Societate ac de provincia neapolitana extollere possemus. Plura collecta reperiet lector in appendicibus ad calcem voluminis positis, quarum prior est supplementum epistolarum Salmeronis, quas proprio loco inserere non potuimus, vel quas consulto omittendas censuimus; sed ex iis aliqua pro tanti viri gestis illustrandis excerpenda arbitrati sumus. In altera collegimus plures litteras aliaque monumenta ad Salmeronem quomodocumque spectantia, laudesque ab egregiis viris eidem collatas.

Antequam vero huic praefationi finem imponamus, lectores nostros monere debemus a nobis de industria omissas fuisse ut

plurimum Salmeronis longas de sacra scriptura dissertationes in quibusdam epistolis contentas, cum brevitatis gratia, tum quia illae fere omnes editae habentur in ultimo operum Salmeronis volumine, ubi sacrarum litterarum studiosi eas reperient. Illarum tamen epistolarum recensionem proprio loco non omisimus, excerptis ex illis litteris nonnullis, quae ad historiam aliquid emolumenti afferre possent. Cum autem fere omnes epistolae, de sacris litteris pertractantes, ex sextodecimo operum Salmeronis volumine depromptae fuerint, operae pretium erit animadvertere nos editione prima, Matriti annis 1597-1601 evulgata, usos fuisse, illamque, volumine et pagina notatis, ut plurimum, citare. Siquando autem editionem coloniensem adhibemus, id diserte proprio loco animadvertimus.

RECENSIO CODICUM

EX QUIBUS MONUMENTA IN HOC OPERE EDITA DEPROMUNTUR [1]

CODICES A NOBIS JAM ALIAS DESCRIPTI

Ex prima serie *Monumentorum S. Ignatii* sequentes usurpati sunt.

Codex 4.—*Epist. Polanci.* Descriptus in vol. I, pag. 33.

Codex 10.—*Litt. patent.* Descriptus ibid., pag. 35.

Codex 11.—*Brevia et rescr. antiq.* Descriptus ibid., pagg. 35-36.

Codex 21.—*Epist. Mixtae.* Descriptus ibid., pag. 40.

Codex 31.—*Epist. Salmer.* Descriptus ibid., pag. 43, et in primo vol. hujus operis, pag. XLI.

Codex 32.—*Epist. Bobad. et Roder.* Descriptus ibid., pagg. 43-44.

Codex 36.—*Epist. cardin.* Descriptus ibid., pag. 45.

Codex 37.—*Epist. episcop.* Descriptus ibid., pag. 45.

Codex 38.—*Epist. princip.* Descriptus ibid., pag. 46.

Codex 39.—*Epist. communit.* Descriptus ibid., pag. 46.

Codex 40.—*Cod. diversor.* Descriptus ibid., pag. 46.

Codex 52.—*Cod. Belero.* Descriptus ibid., pag. 52.

Codex 68.—*Cod. Ebor. I.* Descriptus ibid., pag. 62.

Ex quarta serie *Monumentorum Sancti Ignatii.*

Codex 17.—*Cod. Censurae.* Descriptus ibid., vol. I, pag. 26.

Ex *Epist. P. Alphonsi Salmeronis,* vol. I.

Codex 5.—*Italia (1564-1565).* Descriptus ibid., pag. XLIII.

Codex 9.—*Persecuciones de la Compañia.* Descriptus ibid., pag. XLV.

Ex *Epist. P. Nadal,* vol. II, inter MONUMENTA HIST. SOC. JESU.

Codex 31.—*Collectio epistolarum Italiae.* Descriptus ibid., pag. LXIII.

---

[1] Videantur annotationes, quae habentur in *Monum. Ignat., Epist.,* I, 27.

Codex 33.—*Regesta epistolarum Roma ad provincias missarum.*—Descriptus ibid., pagg. LXIII-LXV.

Codex 41.—*Historica.* Descriptus ibid., pag. XIX.

Ex *Monum. Paedagog. Soc. Jesu*, inter MONUMENTA HIST. SOC. JESU.

Codex III.—*De ratione studiorum, 1583-1613.* Descriptus ibid., pagg. 14-15.

Ex *Epist. Mixtae*, inter MONUMENTA HIST. SOC. JESU.

Codex 8.—*Cartas de personas célebres.* Descriptus ibid., vol. I, pag. 602.

CODICES A NOBIS NONDUM DESCRIPTI

Codex 1.

Italia (1565-1567).—Vol. 0m,284 × 0m,210 [1]; compositum et membrana a tergo munitum.

Inscriptio a tergo: «Epistol. | Italiae | 1565 | 1566 | 1567.»

Continet 2 ff. non signata, quorum prius purum est; alterum hanc inscriptionem habet: «Ihus. | Anno Dni. MDLXV° die 14 mensis Junii Ego Fabritius | mundus [*sic*] de Volscor. genere, prima hujus libri scribere, | (Dei nomine et gratia prius inuocatis) agressus sum. | P.e Fran.co de Borgia Vic.o gnali., et P.e Joan: de Polanco | Secretario praesidentibus, initio Congregationis | secundae | Italia | 1565. 66. 67.»: deinde 366 ff. atramento scripta et signata: tandem 3 ff. pura. In hoc codice et in tribus sequentibus habentur regesta epistolarum Roma ad provincias Italiae sub Francisco Borgia scriptarum. Prima epistola die 14 Jun. 1565, ultima 19 Jul. 1567 datae sunt.

Codex 2.

Italia (1567-1569).—Vol. 0m,284 × 0m,210; compositum et membrana a tergo munitum.

Inscriptio a tergo: «Epistolae | Italiae | 1567 | 1568 | 1669.»

Continet 1 fol. purum: alterum cum hac inscriptione: «Q. | Italia |

---

[1] Mensurae codicum hic exhibitae, ex foliis libri, non autem ex operculis, sunt desumptae.

1567 | 1568 | 1569.» 295 ff. scripta et signata atramento: ad calcem 1 fol. purum. Prima epistola 4 Jan. 1567, ultima 16 Sept. 69 datae sunt.

Codex 3.

Italia (1569-1571).—Vol. 0m,284 × 0m,210; compositum et membrana a tergo munitum.

Inscriptio a tergo: «Epistol. | Italiae | 1569 | 1570 | 1571.»

Continet 1 fol. purum: alterum ita inscriptum: «Ihs. | Italia 1569. 70. 71.»: 283 ff. scripta et signata atramento: ad calcem 1 fol. purum. Inc. ab epist. 16 Sept. 1569 data: des. hoc monumento: «Instruttione per il P. Drusiano sopra la donatione del P. Bernardino Realino.»

Codex 4.

Italia (1571-1573).—Vol. 0m,284 × 0m,210; compositum et membrana a tergo munitum.

Inscriptio a tergo: «Epist. | Italiae | 1571 | 1572 | 1573.»

Continet 1 fol. vacuum non sign. et 182 ff. scripta et signata atramento, quorum priora exhibent partem indicis personarum, ad quas epistolae hujus codicis mittuntur: postea 3 ff. pura numeris 183, 184 et 185 signata. Prima epistola 6 Oct. 1571, ultima 31 Jul. 1573 datae sunt.

Codex 5.

Neapol. (1573-1576).—Vol. 0m,277 × 0m,210; compositum et membrana a tergo et in angulis munitum.

Inscriptio a tergo: «Neapol. | Epist. Gen. | I | 1573-76.»

Continet 3 ff. pura, quorum secundum hanc tantum praefert inscriptionem: «Neapolit. | Epist. Gen. | 1573-76.»: 81 ff. scripta et signata, ubi extant regesta epistolarum Roma ad provinciam neapolitanam datarum, quarum prima 9 Maji 1573 et ultima 27 Oct. 1576 scriptae sunt. Ad calcem est 1 fol. purum.

Codex 6.

Neapol. (1576 1583).—Vol. 0m,336 × 0m,237; compositum et membrana a tergo et in angulis munitum.

Inscriptio a tergo: «Neapol. | Epist. Gen. | 1576-83 | 2.»

Continet 1 fol. purum: alterum, ubi epistola quaedam incepta et relicta est: 171 ff. scripta et recenter signata atramento: 172-247 paginas scriptas et signatas eadem manu. Praeter recentem foliorum et, a fol.

172, paginarum, exstat antiqua signatura a folio 51 ad 100, quae prius erant 1-50; a pag. 101 ad 161, quae prius erant pagg. 1-100, non recte alicubi signatae; et tandem a fol. 162 ad paginam 247 inclusive, prius pagg. 1-96. Ad calcem est 1 fol. vacuum. Prima epist. 3 Nov. 1576, ultima 1 Oct. 1583 datae sunt.

Codex 7.

Neapol. (1583-1588). — Vol. 0m,280 × 0m,214; compositum ut superiora.

Inscriptio a tergo: «Neapol. | Epist. Gen. | 1583-88. | 3.»

Continet 3 ff. alba, dempto 2.°, ubi haec tantum inscriptio habetur: «Neapolit. | Epist. General. | 1583-1588.»: 153 paginas scriptas et atramento signatas: 266 paginas item scriptas et signatas: alias insuper 248 paginas etiam scriptas et signatas: 1 fol. purum ad calcem. Prima epist. 8 April. 1585, ultima 21 Maji 1588 scriptae sunt.

Codex 8.

Neapol. et Sicul. Catal. (1553-1571). — Vol. 0m,320 × 0m,230; ut superiora compositum.

Inscriptio a tergo: «Neapol. | et Sicu. | Catal. | 1553 | 1571.»

Continet 1 fol. purum: 223 fl. fere omnia scripta et caeruleo stilo signata: ad calcem 1 fol. purum. In hoc codice habentur informationes et catalogi varii ad provincias neapolitanam et siculam spectantes. In his duae informationum epistolae a Salmerone 16 Jul. 1558 et 20 Augusti 1575, a nobis editae.

Codex 9.

Regest. privata. — Descriptus infra, pag. 272.

Codex 10.

Neapol. Hist. ab an. 1551 ad 1613. — Descriptus infra, pag. 754.

CODICES VATICANI

Codex 11.

Cod. Bibl. Vat. Reg. 2023. — Vol. in f.°; compositum.

Inscriptio a tergo: «Reg. | 2023.»

Continet 1-457 fl. signata et scripta: ad calcem 3 ff. pura non si-

gnata. Epistolas habet variorum, quarum multae ad cardinalem Sirletum datae sunt. Inc. «Hadrianus etc. Sti. Chrisogoni pbr. card...» Des. «Marci Marini synopsis sui dictionarii. Arca Noë.»

Codex 12.

Cod. Bibl. Vat. Lat. 6181. —Vol. in f.°; membrana compositum.

Inscriptio a tergo: «LITTERAE | ad Card. Sirletum | 6181» In schedula rotunda operculo agglutinata: «F. N. 33.»

Continet epistolas 1-378 tot numeris signatas. Sunt litterae originales variorum ad cardinalem Gulielmum Sirletum, annis 1571-1585 datae. Inc. «Da poi che io...» Des. «Gio. Battista Bello buono.»

Codex 13.

Cod. Bibl. Vat. Lat. 6191. —Vol. in f.°; membrana compositum.

Inscriptio a tergo: «VAT. | 6191 | P. I.»

Continet 1-334 ff. ordinate signata, quorum primum hanc praefert inscriptionem: «Litterae ad Card.lem Sirletum | an. 1571, 72 et 73.» Haec prima pars tantum exhibet litteras annorum 1571 et 1572 ad mensem usque Junii. Inc. «... Donno Gesimondo...» Des. «Antonio Merula ruc.mo.»

Codex 14.

Cod. Bibl. Vat. Lat. 6192.—Vol. 0m,321 × 0m,236; membrana compositum.

Inscriptio a tergo: «VAT. | 6192. | P. I.» Ibid. in schedula caerulea: «Vat. lat. | 6192.»

Continet 1 fol., num. 1 signatum, cujus prima pag. hanc praefert inscriptionem: «Litterae ad Card.lem Sirletum. | An. 1574. 75. 76. 77 | 6192 Vat. Parte 1.a» Inferius schedulam rotundam caeruleam cum hac inscriptione: «F. | N. 33»: et 1-325 ff. signata, in quibus exstant epistolae originales ad cardinalem Sirletum datae. Haec 1.a pars tantum complectitur epistolas, ab initio anni 1574 usque ad mensem Junium anni 1575 inclusive datas.

Codex 15.

Cod. Bibl. Vat. Lat. 6201.—Vol. in f.°; membrana compositum.

Inscriptio a tergo: «VAT. | 6201 | P. I.»

Continet 1-172 ff. ordinate signata, quae variorum epistolas exhi-

bent. Antiquiores signaturae obliteratae in his epistolis passim apparent. Prima epistola est episcopi ilerdensis, postridie kal. Sept. data, cujus prima verba deleta sunt. Des. in epistola Francisci Lamata sine die neque anno. Vltima verba sunt: phoenix. Di V. S.... Fran.co Lamata.»

Codex 16.

Cod. Bibl. Vat. Lat. 6201.—Vol. in f.°; membrana compositum.

Inscriptio a tergo: «VAT. | 6201 | P. 2.»

Continet 177-418 ff. ex ordine signata, quae seriem foliorum 1ae partis prosequuntur. Inc. ab epistola Francisci Lamata ad Joannem Bandini 20 Martii 1613 data «... Con grande gusto mio hebbi...» Des. in epistola Latini Latinii ad Henricum Weza data his verbis: «... suauissima consuetudine fruere. Roma prid. Idus Nouembris MDLV.»

Codex 17.

Cod. Bibl. Vat. Lat. 6411.—Vol. in f.°; membrana compositum.

Inscriptio a tergo: «VAT. | 6411.» Iterum: «BIBL. AP. | VATICANA | VAT. LAT. | 6411.»

Continet 1-368 ff. ex ordine signata. Apparent antiquae foliorum signaturae obliteratae. In 1.° fol. haec habetur inscriptio: «Lettere al Card.l S.ta Croce, dell' Eparco | et al Card.l Carafa, e Sirleto | senz' anno e giornata.» Antiqua signatura codicis in schedula rotunda primo folio agglutinata: «B. | N. 41.» Inc. «Ampliss. et doctiss. D. Cardinalis...» Des. «Di V.... Jul.° Orsino.»

CODICES ROMANI BIBLIOTHECAE BARBERINIANAE [3]

Codex 18.

Cod. Bibl. Barberinianae XXXIII, 168.—Vol. 0m,292 × 0m,207; membrana compositum.

Inscriptio a tergo: «Analecta politica et jurisdictionalia 168.»

Continet 1 fol. non signatum, in quo est titulus primi monumenti: et 1-322 ff. signata ubi habentur, prout ex titulo apparet, monumenta varia ad rem politicam et juridicam spectantia.

---

[3] Hos codices vidimus et descripsimus antequam Bibliotheca Barberiniana ad Vaticanam transferretur.

Codex 19.

Cod. Bibl. Barberiniana LXI, 37. - Vol. in f.°; compositum.

Inscriptio a tergo: «37 | Al Card. A. Caraffa | Letterati» Inferius: «LXI | 37.»

Continet 1-218 ff. scripta et signata praeter aliqua folia vacua non signata. Complectitur epistolas virorum litteratorum ad cardinalem Caraffam. Inc. «I Sylvio Accharigi. Due lettere al card. Caraffa intorno ad Aless.° Archirota 1573. 1574.» Des. in epistola Caroli Zancaruolo, Caesari Gallo 7 Oct. 1559 data in haec verba: «... trappassi il mio cuore.»

CODICES CRACOVIENSES

Plures cardinalis Stanislai Hosii epistolae Cracovia ad nos missae sunt, ex quatuor codicibus bibliothecae universitatis jagellonicae, quorum signaturae ad nos datae sunt hujusmodi: Cod. Jagell. 61; 160; 162; et 164.

CODEX NEAPOLITANUS

Neapoli, in Bibliotheca Brancacciana, V, D, 16.

NOTAE FREQUENTIUS USURPATAE

EARUMQUE INTERPRETATIO

annot.=annotatio.
apogr.=apographum.
archet.=archetypum.
autogr.=autographum.
B., Btus.=Beatus.
cap.=caput.
cf.=confer., conferatur.
cod.=codex.
D., Dnus.—Don, Dominus.
Dr.=Doctor.
ex. gr.=exempli gratia.
ff.=folia.
fol.=folium.
ibid.=ibidem.
id.=idem.
i. e.=id est.
Jhs., Jhus.=Jesus.
lib.=liber.
loc. cit.=loco citato.
M., Mag =Magister.
ms.=manu scriptum.
mss.=manu scripta.
Mtro =Maestro.
N. P =nuestro Padre.
N. S.=nuestro Señor.
n., nn.=numerus, numeri.
O. M.=ordinis minorum.
O. P.=ordinis praedicatorum.
O. S. B.=ordinis S. Benedicti.
P.=Pater.
pag., pagg.=pagina, paginae.
PP.=Patres, Papa.
Rdus.=Reverendus.
R. P. T.=Reverenda Paternitas Tua.
R. P. V.=Reverenda Paternitas Vestra.
S., SS.=Sanctus, Sancti.
S. A.=Sua Altezza.
sc., scil.=scilicet.
seq., seqq.=sequens, sequentes.
S. J.=Societas Jesu.
Sua B.ne=Sua Beatitudine.
S. P.=Sua Paternitas.=Su Paternidad, etc.
S. S., S. S.ta=Su Santidad, Sua Santità.
S. S.ria=Su Señoria, Sua Signoria.
S. S.tia Rma.=Sua Signoria Reverendissima.
tit.=titulus.
V. md.=Vuestra merced.
v. gr.=verbi gratia.
vol.=volumen.
V. P.=Vestra Paternitas.
V. R.=Vestra Reverentia.
V. R. P.=Vuestra Reverenda Paternidad.
V. S.=Vostra Signoria.
X.°, Xpo.=Christo, Cristo.
xpiano.=christiano, cristiano.

EPISTOLAE P. ALPHONSI SALMERONIS

241

PATRI JACOBO LAINIO

NEAPOLI 20 JANUARII 1565 [1].

De quibusdam negotiis in sequenti epistola commemoratis.

241 a

P. JOANNES DE POLANCO EX COMM.

PATRI ALPHONSO SALMERONI

ROMA 28 JANUARII 1565 [1].

Syngraphas a Hieronymo Spinola petitas mittit.—Nomen patris Bellotae Spinolae scire avet.—Vini commeatum romanis sociis procurat.—Quatuor Societatis candidatorum dotes expendit.—Proregis consensum, ut Salmeron Ferrariam adire queat, omnino procurandum; quod si obtineri non possit, P. Carminata Romam mittatur, ut alia ratione duci ferrariensi et cardinali Sancti Angeli Societas morem gerere queat.

Napoli. P. Salmerone.—Pax X.[i] etc.

S' è riceuuta quella scritta per commissione di V. R. di 20 del presente. De Catanzaro sappiamo che hanno cominciato a riceuere nostre lettere, et così forse riceuerano l' altre de mano in mano.

Li scritti de mathematica si aspettaran[n]o.

Qui si mandano le scritture che ricerca il signore Hieronimo Spino-

---

[1] Ex epistola sequenti, qua huic respondetur. Cum P. Jacobus Lainius die 19 Januarii hujus anni ad superos evolasset, P. Franciscus Borgia vicarius generalis electus est. Idque Salmeroni litteris 21 Januarii 1565 datis nuntiabatur. Vide *Epist. P. Salmeronis*, I, 686. Unde die 20, qua haec epistola, Salmeronis nomine, scripta fuit, nondum Neapolim nuntium mortis Lainii pervenerat; ideoque Lainio inscribitur. Sequentes autem Salmeronis epistolae, ad regimen suae provinciae spectantes, Borgiae vicario et postea praeposito generali ejusque successoribus potissimum inscriptae sunt.

[1] Ex regest. *Italia (1564-1565)*, fol. 298.

la [2], et hauemo piacere siano mandate a Sicilia alcune scritture per dar maggior chiareza di quelli crediti, perchè sappiamo che stentano di là per mancamento di probatione [a]; et quello che si ha di cauar, par che tutto o quasi tutto è per Napoli, si non se uede altro per le scritture di nouo; et faccia V. R. che ci diano auiso del nome del padre di madonna Pellota, buo. me., et si hanno qualche memoria o scrittura di certi crediti in Cadiz, che ci diceua la detta madonna importauano più de mille scudi.

Hoggi si mandanno polize per pagar il uino che si è preso qua. Si potessimo hauere franche del nuouo imposito quelle cento botte, come entendemo lo procura V. R., ci saria buona lemosina, et in tempo di grande bisogno; che siamo da 325 in Roma, et per la congregatione generale si aspettano 50 altri o 60.

Circa quelli quatro giouani che uogliono entrare nella Compagnia, nostro Padre vicario si remette a V. R. quanto al primo, figliolo del medico, che ci pare buon suggetto; et quanto al 2.°, calabrese, similmente; già che pare sarà utile per far la classe de Mario [3] quando sarà prouato. Nel quarto, che non monstra hauer fatto progresso nelle lettere a proportion del tempo che ha studiato, non pare che c' è difficoltà di farlo studiar fuora. Il terzo, di 16 anni, ha difficoltà maggiore, perchè d' una parte il periculo che tiene, se torna in Puglia, et il buon ingegno muouono ad usarli questa carità. D' altra parte retirano le sue poche lettere, massime in questo tempo che siamo tanto pieni, et c' è resolutione di non accettar se non suggetti più che mediocri. Tuttauia nostro Padre remette anche questo a V. R., perchè le due circonstantie prima dette rendono dubio il suo negotio.

V. R. dica al Padre rettore [4] si ricordi mandar qua li conti che hauerà chiarito col P. Xpophoro. [5], acciò uediamo come stamo con Napoli.

---

[a] *Sic;* provvisioni?

---

[2] Filius erat Bellotae Spinola, de qua saepius in primo volumine diximus.

[3] Marius de Fabritiis? In catalogo neapolitani collegii anni 1566 inter scholasticos philosophiae operam navantes ille recensetur.

[4] Rector collegii neapolitani hoc tempore erat P. Gaspar Hernández. Vide *Epist. P. Salmer.*, I, 544, 549.

[5] P. Christophorus de Mendoza, qui Neapoli aliquandiu remansit dum in Siciliam Roma iter faceret.

La settimana passata fu scritto a V. R. sopra il procurar consenso del vicerè [6] per uenir a Ferrara. Dopoi ci ha fatto intendere il cardinale Borromeo [7] (ricercandolo noi) che S. S. si contentarà uenga V. R., si la eccellenza del vicerè si contenta. Aspettamo adonque intendere s' ha fatto V. R. quello ufficio, et se c' è speranza di poter andar a Ferrara. Par anche a nostro P. Francesco si offerisca il P. Ribadeneyra, che è ben cognosciuto [b] di S. E., et forse uoluntieri li udirà qualche predica. Quando si risoluesi a non dare consenso, in tal caso V. R. mandi a Roma il P. Carminata [8], poichè non sarà necessaria l' opera sua in Napoli; et potrebbe esser che andassi a Bologna, perchè ci ha ricercato il cardinale di santo Angelo [9] caldamente se gli dia un predicatore per quel domo, douendo lui medessimo per questa quaresima andar alla sua chiesa di Bologna; et ua con animo de aiutar molto quel collegio, et forse lo dotarà, oltre il farli pagar quella casa, come ha detto ad ogni modo uoler far, et così il resoluto [c] restare di V. R., detto P. Carminata si può mandare.

Venerdì passato intrò nel seminario il P. Perusco [10], rettor di quello, con il ministro et altri, et tuttauia uanno preparando li mobili per quelli scholari che hanno ad intrar, et si uanno esaminando tuttauia. Dio N. S. si serua di quell' opera, che tanta contradittione ne ha auuta nostro Padre [11] etc.

Di Roma alli 28 de Gennaio 1565.

---

[b] conusciuto *ms.* —[c] *Sic; id est,* ubi resolutum fuerit ut R. V. maneat Neapoli.

---

[6] Petrus Afán de Ribera, cujus saepius in praecedenti volumine meminimus. Dux Ferrariae Salmeronem sibi pro sequenti quadragesima concedi enixe postulaverat. Vide *Epist. P. Salmeronis,* I, 519-520.

[7] Stus. Carolus, qui Romae versabatur.

[8] P. Joannes Bta. Carminata concionatorem agebat Neapoli.

[9] Ranutius Farnesius (Farnese).

[10] P. Joannes Bta. Peruscus, de quo consule POLANCUM, *Chron.,* V, 53.

[11] Haec de seminarii romani institutione ex concilii tridentini decreto intelligenda sunt. Cf. SACCHINUM, *Hist. Soc. J.,* part. II, lib. VIII, nn. 8 et seqq.; et *Epist. P. Salmeronis,* I, 554-555. Ad rem illustrandam faciunt, quae PAGI, *Breviarium historico chronologico-criticum,* VI, 570-571, litteris consignavit: «Sedulam etiam operam adhibuit Pontifex, ut Clericorum Seminaria, ex Decretis Concilii Tridentini in singulis Episcopatibus instituerentur, ut in iis Clericalem militiam professuri pietate ac litteris imbuerentur. Praeluxit in ea re caeteris Ecclesiarum Praesulibus ipsemet Pontifex,

241 b

P. JOANNES DE POLANCO EX COMM.
PATRI ALPHONSO SALMERONI
ROMA 11 FEBRUARII 1565 [1].

Syngraphae postulatae Hieronymo Spinolae mittentur.—P. Carminata Romae expectatus.—Professi trium votorum pro hac vice ad congregationem cum suffragio admittantur.—Collegii majoricencis negotium commendatur.—Magnum pro gloria Dei per Societatem amplificanda ostium in Polonia reseratur.

Napoli. P. Salmeron.—Pax X.[i]. Molto Rdo. in X.° Padre.

Risponderò per la presente a quella del P. Gasparo [2] de 3 del presente. Le scritture del Sr. Hieronimo Spinola [3] non si mandorno all' hora per inaduertenza de chi le guarda: procurarò uadano con questa. Circa li conti di don Gioanni [4], bo. mem., qui ua una poliza de ciò che giudica douerebbe explicarsi.

Si aspettarà il P. Carminata per il primo giouedì [5]. Et tutto il tempo che resta insin' a quaresima è ben necessario acciò possa essere a tempo in Bologna o Venetia, doue hauerà a predicare.

Quelli che sono professi de 3 uoti haueranno suffragio per adesso nella elettione di quelli che si haueranno a eleggere per uenire insieme

---

qui iam laudaverat tamquam afflatu Divino decretam in Concilio Tridentino Seminariorum Institutionem, dicens, velle se omnium primum ejus rei exemplum sponte praebere, ut testantur Acta Consistorialia his verbis: *XIV. Aprilis Sanctissimus fecit verbum de Seminario, monendo Reverendissimos Dominos deputatos, ut ejus executionem maturarent.* Quodque brevi praestitit, cum maxima utilitate non solum juventutis Romanae, et Italiae universae, sed totius Orbis Christiani; quam ostendunt egregii viri, qui frequentes ex hujusmodi palaestra ad Ecclesiae decus prodiere. Cum vero Societatis Jesu Sacerdotes in erudienda juventute, et propaganda Christiana pietate, magna laude florerent, Seminarii Romani curam illis demandatam fuisse referunt eadem Acta: *XXVII. Julii dixit curam ejus datam illis de Societate Jesu, et Sanctitatem suam solvisse portionem suam: et mandavit Reverendissimo Vicario, ut curaret, quod alii solverent.*»

[1] Ex regest. *Italia (1564-1565)*, ff. 304v-305r.

[2] P. Gaspar Hernández, rector collegii neapolitani.

[3] Vide epist. 241[a].

[4] Joannes de Mendoza, cujus obitus et testamentum in praecedenti volumine saepius commemorantur.

[5] Vide epist. 241[a].

con V. R. alla elettione [6]. Et non pare si debba fare la congregatione prouinciale insin' a tanto che passi la pasqua, et nel Maggio uerrà il P. Mtro. Bobadilla col rettore di Catanzaro [7] a Napoli; et chiamandosi quel di Nola [8], si farà detta congregatione prouinciale; et poco dipoi potranno uenire a Roma. Di questo potrebbe auisare V. R. il P. Mtro. Bobadilla, il quale potrà predicare la quaresima liberamente doue li parerà.

Qui ua un capitulo d' una lettera del prouincial d' Aragon [9], et pare a N. P. vicario saria bene che si dimandassi alla Ecc.ª del vicerè [10] una lettera per il gouernatore, o uero vicerè de Magliorca [11], doue lo disingannassero [a] del concetto di quella infamia de Napoli [12], dandoli bono testimonio, come lo potrà fare con uerità; et anche raccomandandoli quel collegio de Magliorca [13]. Procuraremo ancora che il Sr. R[u]igomez di Spagna glielo raccomandi.

Il cardinal Hosio, et il vescouo Commendon, nuncio in Polonia, si raccomandano molto a V. R.; et pare sia per aprirsi in breue una gran porta per il seruicio diuino in quel regno per mezzo della Compagnia, et che il re [14] stesso l' habbia d' aiutare da serio...

Non dirò altro per questa, se non che N. P. vicario et tutti ci raccomandiamo molto nelle orazioni et sacrificii de V. R. et del Padre rettor con tutto il suo collegio.

De Roma li 11 di Febrarc 1565.

---

[a] disinganan *ms.*

---

[6] Recte ait «per adesso»; nam ex jure communi Societatis tantum professi 4 votorum ratione gradus in congregationibus generalibus et provincialibus admittuntur. Cf. *Institutum Soc. J.*, (Florentiae, 1892-1893), II, 237.

[7] Rector collegii catacensis erat P. Pantaleon Rodinus. Vide SACCHINUM, loc. cit., part. II, lib. VIII, n. 55.

[8] P. Joannes de Montoya.

[9] P. Antonius Cordeses.

[10] Petrus Afán de Ribera.

[11] Prorex Majoricae eo tempore erat Joannes de Urries. Cf. CAMPANER, *Cronicon Mayoricense*, pag. 274.

[12] Haec ad calumnias in Salmeronem anno 1561 Neapoli fictas et propalatas referenda videntur. Vide *Epist. P. Salmeronis*, I, 659 et seqq.

[13] Vide epist. 245, annot. 12.

[14] Sigismundus Augustus.

242

PATRI FRANCISCO BORGIAE

NEAPOLI 10 FEBRUARII 1565 [1].

De quibusdam debitis sociorum romanorum persolutis.—Confessarium Neapolim mitti poscit.

242 a

P. FRANCISCUS BORGIA
PATRI ALPHONSO SALMERONI

ROMA 18 FEBRUARII 1565 [1].

P. Carminata Romam pervenit.—Confessarius Neapolim, quoad ejus fieri poterit, mittetur.—P. Sa in basilica S. Petri concionatur.—Seminarium romanum incoeptum.—Collegii vilnensis admissio.

Napoli. P. Salmeron.—Pax X.i. Molto Rdo. in X.o Padre.

S' è riceuuta quella di V. R. di X del presente [2], et la ringratiamo di hauer fatto pagar quelle polizze...

Arriuò sano il P. Carminata, et si partirà, piacendo a Iddio, questa 7.na per Bologna [3].

Se si potrà mandar alcun bon confessore, si mandarà molto uolentieri a Napoli, quantunque non si po negare, perchè de tali uen' è qui gran carestia. Ma, finalmente, là et qua ci haueremo a contentare con far quel che possiamo; nè a più siamo obligati.

Hoggi predicarà il P. Emanuel [4] in S. Pietro quel sermone che fu raccomandato a V. R. l' anno passato [5] ad instancia del cardinal Farnese.

Del seminario credo hauer scritto a V. R. come è cominciato nel palazzo de Carpi, et li scholari uestiti di azuro, a modo de li camerieri del papa, uengono al collegio nostro et alla chiesa, et ci occupano anco loro alcuni boni suggetti [6].

---

[1] Ex sequenti epistola, quae huic respondet.

[1] Ex regest. *Italia (1564-1565)*, fol. 308.

[2] Hanc epistolam non habemus.

[3] Vide epistolas superiores.

[4] P. Emmanuel de Sa.

[5] Anno superiore, mense Februario, Salmeron, non Romae, sed Venetiis versabatur, ubi maximi jejunii conciones, antequam Romam se conferret, commendatas habuit, ut diximus in *Epist. P. Salmeronis*, I, 517. Unde patet die 18 Februarii in basilica Vaticana concionatum non fuisse.

[6] Vide epist. 241a, annot. 11.

Il re di Polonia [7] pare si uolti a uoler abbracciar la Compagnia nostra da seno, et per adesso si [ha] accettato l' assumpto de mandare un collegio intiero in Vilna de tutte le facultà [8]. V. R., che è stato lì, ci scriua che gliene pare. Et non conuiene publicar questa cosa, perchè, come ci scriue il nuncio [9], prima conuiene fare et poi dire, acciò sapendolo alcuni heretici, che stanno intorno il re, non si sforzino ad impedirlo. Uol dare un luogo suo grande che tiene in Vilna et murato. Non so se V. R. l' hauerà uisto, o se si ricorderà di quello [10]....

De Roma li 18 di Febraro 1565.

243

PATRI FRANCISCO BORGIAE

NEAPOLI 17 FEBRUARII 1565 [1].

De quodam Societatis candidato.

243 a

P. JOANNES DE POLANCO EX COMM.

PATRI ALPHONSO SALMERONI

ROMA 25 FEBRUARII 1565 [1].

Sacerdos candidatus ad Societatem admittendus videtur.—Novus rector ad collegium catacense mittitur.—Tres socii cum eodem proficiscuntur.

Napoli. P. Salmeron.—Pax X.i. Molto Rdo. in X.o Padre.

Si sono riceuute le sue di 17 del presente, alle quali non accade quasi altra risposta...

---

[7] Sigismundus Augustus.

[8] Collegium vilnense non ante annum 1569 coeptum est. Cf. SACCHINUM, loc. cit., part. III, lib. V, nn. 92-94; et ROSTOWSKI, *Lituanicarum Societatis Jesu historiarum libri decem*, pag. 30 et seqq. Hoc tamen anno de illius erectione serio agere coeperunt rex Poloniae aliique viri primarii. Cf. SACCHINUM, ibid., lib. I, nn. 107 et seqq.

[9] Joannes Commendonus.

[10] De Salmeronis in Poloniam expeditione dictum est in ejus epistolarum primo volumine, pagg. 130-138.

[1] Ex epistola huic subnexa, qua Salmeroni respondetur.

[1] Ex regest. *Italia (1564-1565)*, fol. 312v.

Quanto al prete di 28 et 29 anni, che nostro fratello Paulo [2] conosce di Trento, pare si possa accettare, et che si mandi anco alla casa di probatione questi mesi in Roma. Almeno per un tempo che si mandassi; perchè anco si discostarebbe più del paese. Se pur altro paresse a V. R., potrà representarlo.

Il portatore della presente sarà il P. Gioanbattista Philippi, il qual si manda per rettore al collegio principiato in Catanzaro, con la autorità ordinaria de rettori. E persona di bone lettere, di philosophia, et anco di theologia, et discreta, et per quel che speramo, atto a tal officio. E stato ministro nel collegio di Siena, doue si è leuato al presente. Uanno con lui 3 altri per Catanzaro, Mtro. Francesco Marino, Gioan uenetiano, et Allessandro sartore: li doi ultimi partiranno dimane, che uanno per coagiutori al collegio detto. Mtro. Francesco Marino ua per fare la prima classe, perchè bisogna leuar di là Mtro. Joseffo [3], che andò per farla et si troua indisposto. Et perchè di loro potrà intendere V. R. ciò che uorrà saper di qua, non dirò altro, se non che nostro Padre vicario et tutti ci raccomandiamo nelle orazioni et sacrificii di V. R., etc.

De Roma li 25 di Febr.° 1565.

Va insieme col P. Philippi un' altro Padre spagnolo per Sicilia...

244

PATRI FRANCISCO BORGIAE

NEAPOLI 24 FEBRUARII 1565 [1].

Nonnulla de Poloniae rebus animadvertit.

---

[2] Ni fallimur hic sodalis est Joannes Paulus Borrellus (Borrell), Patris Natalis in hispanica expeditione comes, de quo cf. POLANCUM, *Chron.*, IV, 590. Hic sodalis, cum eodem P. Natali ex Hispania in Italiam regressus, postea Lainio Tridenti in officiis domesticis inserviebat, et cum eodem aliisque sociis die 10 Decembris anno 1563 inde in Italiam reversus est. Cf. *Epist. P. Nadal*, II, 479.

[3] P. Joseph missus fuerat Catacium anno praecedenti mense Septembri. Cf. *Epist. P. Salmeronis*, I, 550.

[1] Ex epistola sequenti, qua huic respondetur.

244 ª

P. FRANCISCUS BORGIA
PATRI ALPHONSO SALMERONI
ROMA 4 MARTII 1565 [1].

Salmeronis de Polonia animadversio utilis.—Joannis Jacobi taurinensis cura Salmeroni demandata.—Barensis sodalis ad patriam mittitur.—De novo rectore Catacium misso ejusque sociis nuntii desiderantur.

Napoli. P. Salmeron.—Pax X.[i] Molto Rdo. in X.° Padre.

S' è riceuuta la lettera scritta per commissione di V. R. di 24 del passato [2]; et quanto al collegio che si ha a fare in Polonia potrà seruire il ricordo, che lei dà, al suo tempo [3].

Di Giovanni Giacomo di Torino può disporne V. R. secondo se giudica meglio, udito il consiglio dei medici; et il Padre vicario rimette a V. R. il tutto.

Di qua si manda, col procaccio, Giovanni Iacomo, et il fratello
ª da Bari, acciò si mandi uerso l' aere natiuo.

Qui uanno alcune [lettere] per Nola et per il P. Bobadilla.

Desideriamo esser auisati si partirno le galere per Sicilia, et in quelle ᵇ Mtro. Georgio et un' altro Padre spagnuolo, che ueniua in compagnia del P. Giovanni Battista Filippi [4]. Et della partita sua uerso Catanzaro uoriamo esser auisati, etc.

Di Roma li 4 di Marzo 1565.

245

PATRI FRANCISCO BORGIAE
NEAPOLI 4 MARTII 1565 [1].

Conciones suas precibus Borgiae commendat.—Nolae comitissa in extremo vitae discrimine versatur.—Pecunia ex Joannis Mendozae testamento proxime accipienda.—Pensionem, a Carolo V collegio neapolitano promissam, prorex a rege Philippo exposcit.—Litterae commendatitiae ab amicis Societatis ad proregem majoricensem datae.

†
Jhs.

Muy Rdo. en Xpo. Padre.
Pax Xpi. Jesu.

ª *Sic, omisso nomine hujus sodalis.* —ᵇ quello *ms.*

[1] Ex regest. *Italia(1564-1565)*, fol. 318r.
[2] Hanc epistolam non habemus.
[3] Vide epist. 241ᵇ et 242ª.
[4] Vide epist 243ª.

[1] Ex autographo, in codice *Epist. Salmer.*, 2 fol., n. 94, prius 300. Hu-

Antes de entrar en esta fatiga de la quaresma, me a pareçido conueniente escriuir la presente para encomendarme humilmente en sus sanctas oraciones y de los Padres assistentes; y aunque tenía propósito de predicar tres vezes en la semana y no más, todavía, porque vna destas se a de lleuar el virrey [2], y aquí dessean que sea cada día, me [he] atreuido (aunque me sienta harto cansado) á tomar el trabajo quotidiano, por no descontentar á esta gente, que tanto lo dessea. También me a parecido de tomar nueva materia de predicar, porque no digan que tornamos con lo de otros años. Plega á nuestro Señor de dar sucesso á su sancta palabra, y que mis peccados y faltas no lo impidan, y para este effecto pido el dicho socorro [a].

La condessa de Nola [3] la tenemos in extremis. Ruéguese á nuestro Señor por ella, porque spero que lo haze bien con la Compañía, como siempre.

Dentro de pocos días abremos, de lo del testamento del señor don Juan, otros mill ducados [4]. Ordenen de allá lo que quisieren sobre su parte [b]; aunque me pareçería muy iusto y muy razonable, que, pues assí el collegio de Nápoles como el de Roma an auido su capital, id est, los dos mill y quinientos ducados que á cada vno toccaban [c], que á Mtro. Hierónymo Vignes le diéssemos alguna parte, porque todo quanto auemos auido a sido por su diligençia y fauor [5]. Y agora se spera que estos del marqués [6] quieran venir á pagarnos todo el restante, porque venden vna tierra grande; aunque en esta materia otras vezes

---

[a] *In marg., Polanci manu:* Fiat. —[b] *In marg., Polanci manu:* Fiat en parte como dize; y lo demás como se cobre el resto. —[c] *In marg. Polancus:* Imo han seydo fructos (*sic*).

---

jus monumenti fragmentum, ubi de suis concionibus Salmeron agit, a BORRO italico sermone editum est in *Vita del... P. Salmerone*, pagg. 106-107. In margine Polancus notavit responsiones de variis rebus Salmeroni dandas.

[2] Petrus Afán de Ribera. Vide epist. 123, annot. 13.

[3] Maria Sanseverino.

[4] Vide *Epist. P. Salmeronis*, I, ubi saepissime de hoc testamento fit sermo.

[5] De hoc egregio Societatis amico vide epist. 54, annot. 2.

[6] Vide epist. 65, annot. 6.

nos han engañado; y tanto emos auido, quanto se a sacado por fuerça de las exequutoriales; y si esta vez guardarán la palabra, daremos de todo auiso.

Las cuentas de lo que se pedía en esta materia ay [d] se embían: alas visto y reuisto Mtro. Hierónymo, porque es el que más en ello entiende, que nosotros no sabemos más de lo que él nos dize, aunque en la praefixión de los tiempos de quándo comiençan y quánto, por ser cosa de tantos años, a sido menester leer muchas scritturas. Yo en esta no me estenderé más al presente, pues las otras comunes supplirán lo que falta, porque se responde á las otras cosas que es menester.

El virrey nos hizo este fauor, de escreuir iuntamente con la çibdad al rey [7] sobre vnos 600 ducados de pensión que el emperador, su padre [8], promettió á esta çibdad para nuestro collegio en tiempo del cardenal Pacheco [9]. No sé la operatión que hará con Su Magestad. E escritto dos vezes sobre ello al P. Araoz, para que dé alguna ayuda al negocio, y a promettido que hará. Será bien que de allá se lo encomiende en vna palabra [e].

Quanto á las cartas para el uirrey de Mallorca [10], la semana que viene se imbiarán tres: vna del virrey, otra del señor Mardones [11], y otra del señor reggente Patiño, los quales están muy marauillados de que se aya mouido con tan falso y ligero fundamento; pero creo que a de seruir para mayor seruicio de nuestro Señor, y dello saldrá algún grande frutto [12].

---

[d] *Sic pro* ahí. — [e] *In marg. Polancus:* Fiet.

[7] Hispaniae regi Philippo II.

[8] Carolus V.

[9] Petrus Pacheco, prorex Neapoli eo tempore. Cf. *Epist. P. Salmeronis*, I, 229, 233.

[10] Majoricae prorex erat Joannes de Urries. Cf. CAMPANER, *Cronicon Mayoricense*, pag. 274.

[11] De eo vide *Epist. P. Salmeronis*, I, saepius.

[12] Fortasse aliqua ratione ad litem in collegium majoricense anno 1564 promotam haec referantur. De hujus litis causa haec habent DAMETO-MUT-ALEMANY, *Historia... de Mallorca*, III, 686: «moviéndoseles pleito en el año 1564 sobre las cátedras que debían leer por la dotación que habían aceptado de aquel seminario, mandó S. Francisco de Borja que pues el colegio no tenía bastante dotación para instituir el ejercicio de letras, se renuncia-

En lo que tocca al negocio del señor Hierónymo Spínola [13], acá lo consultaremos con nuestro Vignes, y haremos lo que será iusto en ello, pues nos lo remitten; y la sentencia que se pide que se imbíe á Palermo, se hará con la primera commodidad vna copia auténtica, como conuiene.

El señor don García [14] partió cinco ó seys días son: ale hecho buen tiempo, y ele encomendado nuestros collegios y hermanos, y a promettido de lo hazer. Lleua consigo vn fraile dominico letrado, el qual tiene con él mucho crédito, y tiene título de confessor, y aquí en pocos días travamos mucha amistad, y va con voluntad de ayudar en todas partes, y en todas maneras que pueda, la Compañía.

Dízese por çierto que dentro de pocos días será aquí el señor duque de Medinaceli [15], y passará, creo, por Roma: no sé si vendrá con él el P. Pedro de Ribadeneyra. No tenía propósito de escriuir cosas de nuevas, y ame lleuado la pluma á ellas.

Concluyo, supplicando á nuestro Señor á V. R. P. y á todos essos Padres y hermanos y casas guarde y augmente en su sanctísima gracia. Amén.

De Nápoles á 4 de Marzo de 1565.

De V. R. P. sieruo y hijo en Jesu Xpo.,

SALMERÓN [f].

Inscriptio. Ihs. Al muy Rdo. en Xpo. Padre mío, el P. Fran-

[f] *Ad calcem epistolae, Borgiae manu:* No se me offreçe otro: si tengo tiempo, escriuiré al P. Salmeron; y si no, descúlpenme con su Rev.[?].

sen las rentas por entonces.» Pater autem Petrus Gil, in *Historia* ms. *del colegio de N. S. de Monte Sión de la Comp. de Jesús de la ciudad de Mallorca,* cap. I, aliter de hac lite scripsit, eam enim anno 1565 inceptam ait, eo quod facultas philosophiae, quae anno superiore in publica academia a nostris legebatur, in collegium Societatis translata fuerit, quod jurati majoricentes aegre ferentes, litem, vel quasi litem, nostris intulerunt.

[13] Vide epist. 241a et 241b.

[14] García de Toledo, prorex Siciliae et supremus dux classis hispanicae in mari Mediterraneo. Vide *Epist. P. Salmeronis,* I, 524, annot. 2.

[15] Joannes de la Cerda et Silva, dux IV de Medinaceli, de quo videndus BÉTHENCOURT, *Historia genealógica de los grandes de España,* V, 242 et seqq.

cisco de Borgia, vicario general de la [Compañ]ía de Jesús, en Roma.

Alia manu. 1565. Nápoles. P. Salmerón 4 de Enero [sic].

Sigilli vestigium.

245 [a]

P. JOANNES DE POLANCO EX COMM.
PATRI ALPHONSO SALMERONI
ROMA II MARTII 1565 [1].

Vires robustas ad concionandum ei exoptat.—Nolae comitissa sociis romanis commendata.—Hieronymo Vignes aliquid ex bonis testamenti Joannis de Mendoza donandum censet.—De pensione a rege Hispaniae promissa laetatur. Negotia collegiorum Messanae et Majoricae commendantur.—Cardinalium proxima creatio.—Patris Tablares beata mors.

P. Salmeron.—Pax X.[i] etc.

Si è riceuuta quella di V. R. di 4 del presente, et se li mandò a Frascati al Padre nostro vicario. Se uerrà a tempo sua risposta, si mandarà, et si non, basterà questa. Et prima, tutti pregamo Iddio N. S. dia forze spirituali et corporali a V. R. per passar questa fatica della quaresima con molto frutto del suo santo seruicio, et spirituale aiuto della città, et si hauerà cura di raccomandare questo a Iddio N. S. S' è ancora raccomandata la signora contessa di Nola nelle messe et orazioni della casa et collegio. Col primo aspettaremo auiso di quel che ha piaciuto a Dio N. S. farcila [a].

Quello che si è ricuperato del testamento della buona memoria di don Giouanni [2] uerrà a tempo opportuno, benchè noi non credeuamo fusse della summa principale, ma delli frutti decursi, quel che si è ricuperato. Utcumque sit, pare bene si faccia col Sr. Hieronimo Vignes ciò che scriue V. R. de darli una parte, et il resto se li darà di quel che si ricuperarà doppoi. Li conti si sono riceuuti, et si uederanno con commodità.

Sta molto bene che la Ecc.[tia] del vicerè insieme con la città habbiano scritto al re sopra quelli 600 scudi di pensione, benchè haueriamo

---

[a] *Obscure notatum.*

---

[1] Ex regest. *Italia (1564-1565)*, fol. 323. Haec epistola respondet praecedenti.

[2] Joannes de Mendoza. Vide epist. praecedentem.

desiderato che prima fossi spedito il negocio di Messina, nel quale adesso si ua a le strette, et sempre si trouano difficoltà, che forse nascono delli ministri. Si raccomanda la cosa alli nostri che stanno in corte perchè il P. Araoz non è là. Sarà anco bon spaccio quel per Mallorca, doue intendiamo per l' ultimo auiso che il vescouo [3] et vicerè ci sono fauoreuole, et che la persecutione è delli priuati per sugestione di certi doueli [b], et tutto il negocio credo si funda in qualche poco d' interesse, che pretendono quelli de non [so] che cathedra assignata alli nostri [4].

Ci rallegramo del buon animo del Sr. don Garcia uerso la Companhia et di quel Padre domenico suo confessor. Credo hauerà dato auiso V. R. alli nostri di Sicilia, et nella inclusa tocho io anche una parola. V. R. la faccia mandare a ricapito.

Credo sarà partito Mtro. Georgio Mercato con don Garcia. A gli altri, che uanno per Calabria et Sicilia, dia bon uiaggio Iddio N. S.

Della tratta mi rimetto a quello che s' è scritto et scriuerà il rettore [5].

Qui uanno anche lettere per Catanzaro.

Nè altro ha che dire se non che aspettiamo per questa 7.na che uiene una frotta [c] di cardinali. Dio la mandi buona [6].

Il P. Tablares se ne andò della presente uita all' altra, et come speramo alla eterna, perchè andò molto ben disposto con tutti li sacramenti etc., et mostrar tener per gran fauore che N. Padre general, de santa memoria, l' habbia uoluto pigliar per compagno [7]. V. R. lo faccia raccomandare a Dio N. S. nella sua prouincia.

Et tutti ci raccomandiamo etc.

Di Roma li 11 di Marzo 1565.

---

b *Sic;* diavoli? —c frota *ms.*

---

[3] Episcopus majoricensis erat Didacus de Arnedo, cujus in harum epistolarum primo volumine interdum meminimus.

[4] Vide epist. praecedentem, annot. 12. [5] P. Gaspar Hernández.

[6] Haec promotio die 12 Martii hujus anni habita est, qua 19 cardinales presbyteri et 4 diaconi a Pio IV creati sunt. Cf. CIACONIUM, *Vitae et res gestae romanorum pontificum,* II, 1188.

[7] P. Petrus de Tablares Romam ex Hispania a Lainio avocatus fuerat anno 1562, eo quod, negotiis procurationis nimia sollicitudine intentus, vitae religiosae nonnihil oblitus fuerat. Romae, exemplis et conversatione Lainii, Borgiae et aliorum virorum sanctimonia praestantissimorum ad meliorem frugem perductus, beata morte supremum diem obiit. Cf. ASTRAIN *Historia de la Compañía de Jesús en la asistencia de España,* II 496-497

246

PATRI FRANCISCO BORGIAE

NEAPOLI 7 APRILIS 1565 [1].

[4] Vide epist. 309[a].

[5] Cardinalis Marcus Antonius Columna (Colonna), sacra purpura a Pio IV, 12 Martii 1565 decoratus, archiepiscopus salernitanus a Pio V electus est. Cf. CIACONIUM, loc. cit., II, 1191.

[1] Ex archetypo, in codice *Epist. Salmer.*, 2 fol., n. 137, prius 249, 250. Respondet epistolae sequenti. Videantur de hoc negotio collegiorum catacensis et rhegini epistolae 322, 322[a] et 322[b]. Huic epistolae respondit Borgia die 5 Augusti. Vide epist. 327[a].

[2] Die 15 Aprilis 1570 Borgia Salmeroni haec referebat: «Embiando al P. Jerónimo Doménec para bisitar la prouinçia de Sicilia, por acercarse ya el tiempo ordinario, le e encomendado hable á V. R. açerca del gobierno de

primera uez que V. P. scriuió sobre este negocio, yo staua vm poco indispuesto, yo di orden para que se diesse respuesta á V. P. cómo se hobedeçería quanto mandaua y que tornaríamos á tener cuenta de aquellos colegios; y al que tenía cargo desto se le holuidó, y después nunca más en ello se ha respondido, pensando que staua respondido. De aquí es que justamente V. P. nos podría con razón enbiar vna penitencia. Y lo que más me marauillo es, que, hauiendo estado aquí el P. Gerónimo Doménec tantos días, y tratando desto con nosotros, y dándolo ya por aceptado este cargo, y puesto á nuestra cuenta, no dió auiso nīnguno dello á V. P. Y esto es lo que tocca á la negligencia del escriuir sobre este negocio. Quanto á la cosa misma, V. P. tenga entendido que, el hauer echado el gouierno destos dos colegios en la prouincia de Çiçilia, no naçió de aquí, ni se pretendió, sino que el P. Benedeto Palmio, estando en Roma, nos escriuió que, por estar estos colegios más de 300 millas lexos de aquí, y porque sería muy difiçil la visitación, y mayores las espesas que se harían en visitar aquellos colegios, tan lexos y tan pobres, que era más conueniente que se rigiessen y gouernassen por la prouincia de Çiçilia; porque desde Meçina á Ríjoles ay doze millas, y de Catançaro á Meçina ay poco más de vna jornada, y assí pareçía que con menos espesas y con menos trauajo del visitador, y con mayor comodidad de poderles dar sugettos conuenientes, pues tienen tantos colegios de donde poder saccar y mudar, se podían gouernar mejor por Çiçilia que por Nápoles; prinçipalmente que los de Meçina muy frequentemente se van á recrear en el colegio de Ríjoles, y se siruen dél, como de lugar muy sano y ameno para recuperar la sanidad. Y pues se siruen dél y gozan del frutto dél, no era mucho que lo visitassen y proueyessen de sugetos: como, si, puesto caso el colegio de Frascati fuesse de la prouincia de Nápoles, y se siruiessen los de Roma dél para

los colegios de Catançaro y Regio, de los quales se ha también escritto á V. R. otras ueçes, y quería se tomasse resolución, y que se biniese á la execución; porque assí se satisfaga á la necesidad de aquellos colegios, y á la obligación, que V. R. por su parte, y yo por la mía, tenemos de que se dé buen recado á los dichos colegios, de los quales nos hemos encargado...» Ex regest. *Italia (1569-1571)*, fol. 108v.

hirse á holgar, ó para recuperar su sanidad, pues está tan çerca, no era gran cosa que Roma los proueyesse de visitación ó de su getos, si los tuviesse menester; pues de aquí á Frascati ay çien millas, y de aquí á Ríjoles ay 300 millas. Desto nos escriuió el P. Benedetto Palmio que V. P. se contentaua, y en esto la conciencia de V. P. quedaua descargada; y con tanto la cosa se remitió á Çiçilia; pero el P. Montoya luego replicó y contradixo, y con esto no sé por qué causa al colegio de Ríjoles le quitó los maestros que allí estauan.

Agora que V. P. manda otra cosa, se hobedeçerá quanto manda, y para la visita de aquellos colegios á su tiempo se señalará vno que tenga cuidado dello, pues que yo con la edad cargada y el cargo del escriuir que tengo, no me darían comodidad ó facilidad de poderlo hazer. Lo que me pareze de asomar y presentar á V. P. es, que, si en aquella prouinçia de Calabria se hiziesse y aceptasse otro colegio, que se pusiesse vn prouinçial de la prouincia de Calabria, distinto del de Nápoles, el qual estuviesse sobre essos colegios, y los visitasse, pues en las otras religiones ay distinçión de prouinciales de Nápoles á los prouinciales de Calabria. Aquel colegio de Catanzaro tiene vnos sugettos muy tentables, y no sé de dónde venga la falta: ó que de Roma se enbiaron tales, quales no conuenían á aquel colegio, ó por tentarse con [a] el que tiene el gouierno dellos; y de aquí es que han dado tanto fastidio á Roma, y nos lo dan á nosotros, pidiendo cada día sugettos, que pareze que quantos somos aquí, si pudiéssemos hazer sugettos, no bastarían para tantas pidigüeñerías de Catanzaro, porque son tres, dos y as, y nunca están quietos ni contentos.

Esto lo digo, porque, assí como V. P. suple las faltas de los colegios en quanto puede, y no deshaze vn altar por cubrir á otro, el qual no es de tanta importa[n]cia; assí nosotros pensamos de hazer con ellos, y en lo que no pudiéremos, recurrir á V. P.

Esta semana passada he estado en Nola y visitado aquel colegio, y tienen la mitad de su yglesia casi acabada, la qual viene

---

[a] con coh ms.

muy bien y muy á propósito, con vna proporçión de capillas y capacidad, que pareze que basta para aquella ciudad: y el noviciado está vm poco desamparado por falta del P. Inoçencio, el qual era vna perla y vn benditto hombre [3]. Hemos enbiado en su lugar al P. Soriano por este verano, hasta que V. P. nos prouea de algún buen maestro de nouicios, como nos a prometido. Y porque en las otras cosas se scriue por otra parte, en esta no digo más, sino que con todos estos Padres y hermanos de Nápoles y de Nola humilmente nos encomiende en sus santas oraciones y sacrificios, y pido nos enbíe su santa bendición para todos.

De Nápoles á 9 de Junio 1570.

De Vuestra muy R. P. sieruo y hijo en Jesu Xpo.,

SALMERÓN.

Inscriptio. Jhs. Al muy Rdo. en Xpo. Padre nuestro, el P. Francisco de Borgia, prepósito general de la Compañía de Jesús, y para él solo. Roma.

† p. m.

Sigilli vestigium.

325 a

P. FRANCISCUS BORGIA
PATRI ALPHONSO SALMERONI
ROMA 3 JUNII 1570 [1].

De collegiis catacensi et rhegino provinciae neapolitanae restituendis.

P. Salmeron.—Pax Xpi. etc.

Yo hauía comitido al P. Gerónimo Doménech hablasse á V. R. quando passaua por Nápoles de lo que toca al gobierno de Catanzaro y Regio [2]. Y porque no tengo carta dél ni de V. R. sobre esto; y paresciéndome que la co[n]sciencia mía no se descarga ni se satisfaze á lo que requieren los dichos colegios de la manera que ahora stan, me he de-

[3] Hujus egregii viri laudes vide apud SCHINOSI, loc. cit. supra, epist. 324b, annot. 2.

[1] Ex regest. *Italia (1569-1571)*, fol. 131v. Huic epistolae responsio in praecedenti data est.

[2] Vide epist. praecedentem, annot. 2.

terminado de escriuir resolutamente á V. R. lo que después [a] de hauerlo encomendado á Dios N. S. y pensar en ello me paresce espediente y casi necessario, y es que, no podiendo V. R. por sí mesmo attender al gubierno y uisitación de aquellos colegios remotos de su prouincia, escoja uno, qual le paresçerá más á propósito en dicha su prouincia, con quien V. R. y yo podamos descargar, y que con auctoridad nuestra gubierne la prouincia con nombre de viceprouincial, y á su tiempo, quando es menester, uisite aquellos dos colegios, y quando V. R. por sí mesmo podrá aplicarse allas cosas de su officio, harálas por sí; quando no pudiese buenamente, descansará con el viceprouinciale, y podrá atender al assunto ya començado del scriuir. Y la execución desto encomiendo mucho á V. R. que sea luego. Y porque de algunos otros particulares se escriue al P. Gaspar [3] quanto á lo de Cathanzaro, Mtro. de nouicios de Nola, no diré más en esta, sino que me encomiendo mucho en las [b] oraciones y sacrificios de V. R. etc.

De Roma á los 3 de Junio 1570.

326

CARD. STANISLAO HOSIO

NEAPOLI ANTE 16 JUNII 1570 [1].

Sibi, ut religioso, non licere negotio temporali haereditatis reginae Bonae se immiscere.

326 [a]

CARD. STANISLAUS HOSIUS

PATRI ALPHONSO SALMERONI

16 JUNII 1570 [1].

Eum rogat ut operam suam conferat ad obtinendam restitutionem barensis ducatus regi Poloniae.

Alfonso Salmerono [a] 16 Junii 1570.

Petronium [2], quandoquidem reliquit nos, missum iam faciamus. Nolim autem existimes me certare tecum velle contencione scribendi, li-

[a] desupes *ms.* —[b] nela *ms.*

[a] *Sic.*

[3] P. Gaspar Hernández, rector collegii neapolitani.

[1] Ex epistola sequenti, qua huic respondetur.

[1] Ex adversariis vel apographo coaevo, Cracoviae in bibliotheca academiae asservato «*Cod.* ms. *Jagell.*» 162, n. 34.

[2] De eo mentio facta est in epist. 323ᵃ.

bens enim tibi cessero, nec hoc abs te requiro, meam ut scribendi facultatem laudes, quam aut nullam aut perexiguam esse fateor. Quod si quid mea te flexisset oratio, si quam apud te persuadendi vim haberet, ut earum rerum studio, de quibus hortari te et orare non intermitto, mentem tuam inflammaret, ut ardentius ageres negotium, de quo semel et iterum ad te scripsi, tum vero non verbo sed rebus ipsis vehementer abs te laudata probataque mea scribendi facultas et persuadendi vis videretur; quamdiu vero mecum disputare, quam ea quae peto praestare mavis, non obscure significare videris, quod minus in arte persuadendi mihi quam Petronio nostro tribuas, cum quo non disputasti, sed, simul ut litteras eius acceperas, e vestigio paruisti.

Scribis ante multos annos tibi persuasum esse de haereditate ad alium, ad quem minime pertinebat [3], devoluta, heredeque legitimo contra omnem iuris ordinem spoliato, nec vel minimum ea de re te dubitare; verum illud persuaderi tibi non posse, quod pauper religiosus, et is theologus, possit aut debeat oppressae iusticiae pro virili sua patrocinari. Num hoc est laudare meam in scribendo vim sive facultatem: «Quod ab aliis dictum, facile mihi persuasum est; quod a te, non.» Item: «Scio quod iustam causam habet serenissimus rex tuus; quod autem iustae causae huic pro modulo meo succurrere debeam, hoc mihi dubium est adhuc.» Quid autem prohibet, quominus id facias? «Pauper sum et religiosus. Causarum forensium peritia nihil ad me spectat. Cachinis et risibus exciperer, si facere tale quid aggrederer.» Scilicet, ita responderunt Nathan [4] et Elias [5], cum unus de uxore, alter de vinea erepta reges arguerent. An minus illi pauperes minus religiosi fuerunt, aut non magis etiam solitariam vitam agebant, quam tu, neque tamen vel a cachinis sibi metuebant, vel se rerum forensium imperitos esse causabantur, cum de facinoribus regum ad eos delatum fuisset, sed intrepide reges arguebant et sub oculos eorum, quae patrassent crimina, subiciebant; nisi forte, quoniam hispanus es, quod sanctos illos prophetas fecisse legis, id minime te debere putas, ne parum regi tuo fidelis habearis. At ego nullos esse minus fideles regibus suis persuasum habeo, quam qui sic in rebus, ad animarum salutem pertinentibus, illis blandiuntur, nihil ut interesse sua putent Sathanas eos rapiat, an, cuius redemptae sanguine [b] sunt, in Dei potestate permaneant, aut si non blan-

[b] sanguinis *apogr. nostr.*

[3] Vide annotata in epist. 323[a], annot. 2.

[4] 2 Reg., XII, 7 et seqq.

[5] 3 Reg., XXI.

diuntur, saltem silentio suo eas perire patiuntur. Non ita nos docuit propheta. Si non annunciaveris, inquit, sanguinem eius de manu tua requiram, etiamsi non sis, inquit, procurator, aut rabula, tamen cum dicatum prophetam agas, cum spirituale sit [c] quoddam regnum a Deo tibi sit concessum, si, quod ipse fateris, certo tibi persuasum est hanc ad alium, ad quem minimum pertinebat, devolutam esse, haerede legitimo contra omnem iuris ordinem spoliato, exemplo Nathan et Heliae, vel alterius Heliae, Joannis Baptistae, debes in medium prodire et dicere: «Non licet tibi haereditatem alienam possidere [6], restitue eam primo quoque tempore, si non vis perpetuas et eas gravissimas gehennae poenas sustinere.» Sic illi faciebant, cum et ipsi magis etiam quam tu solitariam vitam agerent, neque dicebant: «Num ego procurator aut rabula esse debeo?» sed peccata sua regibus exprobrabant, et eis iram Dei denunciabant, nisi, quod ablatum per illos fuerat, restituissent, nihil veriti quo tandem animo reges hoc illorum factum suscepturi vel quas de illis poenas fuerint sumpturi. Non fuerunt illi quidem hispani, sed ego tamen certo persuasum habeo, quod fuerunt illis ipsis regibus, cum quibus ad hunc modum intrepide agebant, multo fideliores, quam sint omnes hispani, qui peccata suorum regum vel approbanda vel silentio dissimulanda censent, nec quid eorum animabus fiat, vel minimum ad se pertinere putant. Nulla potest esse maior, quam haec infidelitas. Quam autem cuperem ut Nathanisares vel Eliasares potius quam hispanisares, quod prius ego tamen te facturum esse, quin et fecisse iam ex parte non dubito. Nam ex quo tempore meis litteris admonitus fuisti, coeperunt esse res Neapoli meliore loco, ut ego non defuisse Nathan aliquem existimem; quodque scribis de admirabili quadam fide hispanorum erga suos reges, magis id ioco quam serio scriptum esse puto. Aliud enim de gente hac mihi persuadeo; quae sicut fidei catholicae retinendae constancia caeteras fere omnes tocius orbis christiani nationes longo post se intervallo reliquit, ita caeteris etiam in rebus maiore proculdubio studio pietatem colit, quam est quorundam opinio, qui, cum plurimis earum praeclare gestis invideant, nec facile ferre possint longius in dies eos imperium suum propagare, nescio quod illis peccatum tribuunt, a quo tamen eos quam longissime remotos esse mihi persuadeo.

Quod autem asseris, ubi causa religionis agitur, pro aris et focis gloriosum esse dimicare, non autem ubi per iniuriam alicui fortunae suae

[c] *Sic; sed superfluum hoc verb. videtur.*

[6] MARC., VI, 18.

eripiuntur, cum temporaria et mundi huius tantum bona non perinde curae nobis esse debeant: queso te, num de religione tum agebatur, cum et Davidem, Nathan et Herodem Joannes Baptista reprehendit? An res temporaria quaedam non fuit vinea, de qua redarguit Achab regem Elias, nisi forte propterea dissimilem hanc esse regis mei causam existimas, quod non possit cum Elia dicere: «Occidisti insuper et possedisti [7].» Ego vero catholicum regem non solum a cordis verum et a possessionis illius nomine captae crimine libero. Certum est enim, quod non solum non iusserit catholicus rex alienam hereditatem possidere, verum et qui vices eius tum Neapoli gerebat, ab ea culpa liber fuit. Nam et is non praeceperat, ut possessio alienae hereditatis nomine catholici regis adiretur, verum in sequestrum eam tantum accipi voluit; sed, cuius opera factum est, ut possideretur hereditas aliena praeter voluntatem et regis et viceregis, illi vere dici potuit: «Occidisti et insuper possedisti [8].» Prius enim occiderat reginam dominam suam, quam veneno sustulisse non obscuris authoribus dicitur [9], et postea bonorum possessionem adire curaverat. Sed mirari satis non possum, quod cum duas esse iusticiae partes non ignores, unam qua Deo suum, altera[m] quae proximo suum ius tribuitur, priorem illam, quae religio vocatur, ad te pertinere putas, alteram nequaquam. At longe nos aliter Paulus docuit: «Qui diligit, inquit, proximum, legem implevit [10].» Impletionem legis in eo positam esse dixit, si quis proximo, quod suum est, tribuerit vel tribuendum curaret. Et ille dilectus Dei discipulus: «Qui non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non videt, quo modo potest diligere [11]?» Ego vero qualis ea sit religio non intelligo, qua quis,

---

[7] 3 Reg., XXI, 19. [8] 3 Reg., XXI, 19.

[9] Ratti superius allegatus haec, loc. cit., ad rem hanc declarandam scripsit: «Non fu dunque ne disgusto o avversione dal figlio che persuase la Regina Bona a lasciare erede Filippo II., come il Tuano, il Bayle, ed altri anno malignamente preteso; non fu insinuazione del suo famigliare Papacoda, come han detto fra gli altri il Giannone (T. IV, pag. 173.), ed il Neugebaver (lib. VIII. p. 601.), il quale di più aggiunge contro ogni verità, che il Papacoda avvelenò la Regina, perchè meditava ritornarsene in Polonia, e che egli stesso falsificò, o formò di pianta il di lei testamento. Fu bensì la sola giustizia, che persuase Bona Sforza a così disporre del suo Ducato di Bari, e principato di Rossano, unitamente al prudente e savio riflesso, che lasciandone erede il figlio, avrebbe esposto a manifesta nullità la sua disposizione, e dato motivi ad infiniti litigi.»

[10] Rom., XIII, 8.

[11] 1.ª Joan., IV, 20.

quid proximo fiat, num ei fortunae per vim eripiantur, num aliis iniuriis afficiatur, nihil sua referre putat, dum Deo, quod suum est, tribuatur, et qui debetur ei cultus praestetur. Mihi quidem videtur non multum ab ea Lutheri sentencia diferre, qui solam fidem sufficere dicit, opera vero vel ad iusticiam vel ad salutem non requirere. Sed ego non possum adduci, ut credam eiusmodi fidem et religionem abs te probari, et quod solius huius rationem habendam esse putes.

Quam ob rem, quod antea feci, nunc quoque te diligenter hortor et moneo, quandoquidem in isto regno te Deus Nathan quendam aut Eliam prophetam constituit, ut quam ille tibi personam imposuit, eam agas intrepide, nec solam illam iusticiam, qua quod suum est Deo tribuitur, tuendam ac defendendam suscipias, verum et illam, qua proximo quoque, quod est ipsius proprium, assignatur, quam qui servat, eum totam legem implevisse Paulus docet; nec prior illa pondus aut meritum ullum apud eum habet, si fuerit hac altera destituta. Scis tu proculdubio, qui sint illi, qui contra secundam tabulam graviter delinquunt; eos officii sui admoneas, ac illud evangelicum eis subinde o[ggeras:] «Quid proderit homini, si totum mundum lucretur et detrimentum animae suae faciat, aut quid dabit homo commutacionis pro anima sua [12]?» Quod si non omnes aeque tibi sunt familiares, nec ad omnes, quemadmodum scribis, aditus tibi patet, saltem per eos, quos habes tibi familiaritate coniunctos, admonendos alios cures, ut maiorem animae suae salutis, quam nescio cuius temporarii commodi rationem, ducant, et poteris illis certo polliceri, si primum iusticiam quesiverint, quod eis etiam caetera adicientur [13], ut cum de coelestis regis gratia concilianda solliciti fuerint, etiam hoc illos consecuturos, ut apud terrestrem quoque sint in gratia. Cuius hanc esse novimus iusticiam, non solum in his, quae ad Deum, verum etiam quae ad proximum pertinent, ut nihil minus quam alienam hereditatem sibi vendicare cupiat; quae, quod nihilominus ipsius nomine possidetur, certo scimus non modo non iubente verum nesciente quidem ipso factum, ut eo ipso die hereditatis alienae possessio nomine maiestatis eius adiretur, quo [d] serenissimi regis mater extremum spiritum exhalavit. Prius erepta sunt bona legitimo filio, quam ullum nuncium de morte serenissimae reginae matris catholicus rex habere potuerit. Sed ego nolo pluribus. Hoc tantum brevibus tibi denunciandum esse duxi: si tantum eam iusticiae partem, quae ad fidem et

[d] quod *ms.*

[12] MARC., VIII, 37. [13] MATTH., VI, 33.

religionem pertinet, tibi tuendam esse, quae vero spectat ad proximum sive ad secundam tabulam, eam negligendam putaveris, quod eam apud me suspicionem non effugies ab eorum heretica sentencia te minime alienum esse, qui solam fidem ad iusticiam et ad salutem sufficere docent, quidquid tandem sit de operibus. Etiam atque etiam vide ne quid cum sacra inquisitione tibi sit negotii.

327

PATRI FRANCISCO BORGIAE

NEAPOLI 21 JULII 570 [1].

Nostrates vestibus albis indutos capite plectendis adesse, minime expedire censet.

327 a

P. FRANCISCUS BORGIA PATRI ALPHONSO SALMERONI

ROMA 5 AUGUSTI 1570 [1].

An nostrates, dum capite plectendis assistunt, veste alba induti incedere possint, Salmeronis judicio relinquitur.—Collegia catacense et rheginum, quo pacto regenda cum debita erga provinciarum praesides subordinatione.— Calabriam nondum sufficientem domiciliorum numerum habere, ut provinciam separatam constituat.—Cardinalis Ursini et consentinorum vota, ut collegium Societatis Consentiae instituatur.

P. Salmeron.—Risponderò per questa a due lettere di 9 di Giugno

[1] Ex epistola sequenti, quae huic respondet. Die 9 Julii scripserat Polancus ex comm. Patri Salmeroni haec, quae sequuntur: «... L' Illmo. cardinale di Sta. Seuerina fece questi giorni instantia che alcuno delli nostri, et spetialmente il P Buoncore, potessi trouarsi alle uolte uestito di bianco, come si uestono quelli della compagnia de Bianchi per agiutare a qualch' uno, che si han a giustitiare, dicendo che religiosi, et etiam prelati, l' usano fare, non si potendo con altro habito assistere all' agiuto de giustitiati. N. P. all' hora giudicò douersi rimetter questo a V. R. in modo che, se non trouaua inconueniente, lo potessi metter in pratica. Questo pensaua già io fossi scritto; ma dimandandomi heri il cardinale s' haueuamo risposta di tal lettera, non trouo copia di tal lettera per V. R. nel nostro registro, e così non poteua uenir risposta: però mando questa per estraordinario, perchè so che il detto cardinale ha scritto si faccia riccorso a V. R. per hauer inteso da me, che N. P. li haueua rimesso questo. D' altre cose si scriue, quando occorrono, al Padre rettor per dar manco fastidio a V. R. Nostro Padre generale sta in Sto. Andrea, et al presente non con troppo sanità...» Ex regest. *Italia (1569-1571)*, fol. 145r.

[1] Ex regest. *Italia (1569-1571)*, fol. 154. Vide epist. 325, cui haec respondet.

e 21 di Luglio. Et quanto all' ultima, si son uiste le difficoltà, che V. R. ritroua se qualch' uno dei nostri uestito di bianco farà quel ufficio de charità con quei che s' hanno a giustitiar, che l' Illmo. cardinal de Sta. Seuerina ha ricercato [2]; et come [a] prima mi era [b] rimesso al parer de V. R., così adesso de nouo mi rimetto; perchè, trouandosi inconuenienti per il maggior seruitio diuino, non è l' intention mia che questo si faccia, nè anco quella [c] del cardinale, il qual solamente pretende quel che è il meglio.

Intorno alli collegii di Catanzaro et Reggio non occorre dir altro se non che qualche accordo potranno far fra loro quelli di Messina e Reggio, acciò l' uno collegio si aiuti dell' altro, salua la subordinatione del gouerno di ogn' uno di quei collegii uerso 'l suo prouinciale.

Del far prouincia separata quella di Calabria da quella di Napoli col tempo si potrebbe pensare; ma, essendoui tanto pochi colegii, e quelli poueri, non è maturo per insino adesso tal dissegno.

L' Illmo. cardinal Orsino [3], vescovo di Cosenza, ci ha solecitato assai a pigliar ùn collegio in quella città, la qual ha offerto insino a 400 ∇ d' entrata, et il cardinal uuol supplire quel che mancarà per la fondatione de un collegio de 20 persone o poco più. Li fu risposto che haueuamo carestia di gente per pigliar noui assonti. Ha replicato, che si contentarebbe si accettassi il collegio in Cosenza con conditione espressa che si differessi tre, 4, 5 anni, et quanto bisognassi più per hauer gente; et che desideraua subito si facessi la accettatione, perchè in questo mezzo, oltre il preparar la casa, si metterebbono in ordine le cose ne-

[a] coma *ms.* —[b] ero *ms.* —[c] di quella *ms.*

[2] Vide epist. praecedentem, annot. 1. Cardinalis Stae. Severinae erat Julius Antonius Sanctorius, nobilis casertanus, S. Severinae archiepiscopus, sacra purpura a Pio V, mense Majo anni 1570, decoratus, et Stae. Severinae cardinalis nuncupatus.

[3] Flavius Ursinus (Orsini), cardinalis a Pio IV anno 1565 creatus, postea archiepiscopus consentinus (1569-1573). De eodem haec Borgia Salmeroni die 25 Augusti 1570 scribebat: «... L' Illmo. cardinale Orsino ha fatto instanza acciò si dia confessore alle monache del monasterio chiamato di Sta. Maria di donna Reina et ha inteso che la Compagnia non può pigliar tal assonto; ma si contenta che senza pregiudizio del nostro instituto qualche uolta siano consolate alcune di quelle religiose, et così li ho offerto di raccomandare a V. R., come lo faccio, che, in quello che si può senza contrauenire a nostre constitutioni, qualche volta se li dia questa spirituale consolatione. Et non essendo questa per altro effetto, non dirò altro senon che etc...» Ex iisdem regest., fol. 163r.

cessarie, et la città restarebbe ubligata a dar questi 400 ▽; perchè si può temer, non lo facendo adesso, si raffredi. Mi è parso, prima di farli risposta risoluta, auisar V. R. acciò lei dica quel che gliene pare.

La città è ben prencipale, ma poco sana, per quel ch' intendiamo, del che però conuiene tener conto.

Ha fatto ben V. R. di uisitar il collegio di Nola, et ci lo ralegramo che la chiesa uadi in buoni termini. Et quanto al nouitiato è stata buona la prouisione che si è fatta del P. Suriano, insino tanto che di Roma si proueda d' un altro, il che serà, piacendo a Dio, per questo autunno.

Nelle orazioni etc.

Di Roma li 5 d' Agosto 1570.

328

CARD. ANTONIO CARAFFAE

NEAPOLI 14 OCTOBRIS 1570 [1].

Locum S. Pauli in epistola ad Romanos exponit.

Illme. ac Rme. domine [2].

Ante paucos dies litteras ad me dedisti, quibus significas te lectioni ac studio epistolarum B. Pauli serio incumbere, illoque mirifice oblectari, quod mihi quidem iocundum, et pergratum fuit intelligere; nam quid non doceat Paulus? quos affectus virtutum ab eius lectore non exprimat? quem in divina et admiranda novi testamenti mysteria non rapiat eius lectio?

Indicasti tamen in loco quodam dubium tibi occurrisse, quod in eius expositione veteres patres non nihil inter se dissidere uiderentur [3]. Verba Pauli ad Romanos, cap. VIII [v. 25], haec sunt: «Similiter autem, et spiritus adiuvat infirmitatem nostram: nam quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus: quia secundum Deum postu-

[1] Ex apographo coaevo, in Bibliotheca Brancacciana, Neapoli, V., D. 16. 2 fol.

[2] De cardinali Antonio Caraffa, Salmeronis amico, diximus in epist. 258, annot. 2.

[3] Hae variae expositiones erudite a Salmerone explanantur in tomo XIII Commentariorum, lib. III, disput. XVIII, pagg. 563-564. (edit. Coloniae, 1602-1604).

lat pro sanctis»; et quae sequuntur. D. Chrysostomus [4] enim cum aliis, qui eum sectantur, spiritum accipit pro anima spirituali sive secundum spiritum Dei vivente, ob id maxime, quod postulare dicatur pro nobis gemitibus inenarrabilibus; qui autem scrutatur corda scit quid desideret Spiritus, quia secundum Deum postulat pro sanctis; quae verba sine tropo, aut sine glossa de Spiritu sancto intelligi non possunt. Augustinus autem non uno in loco de Spiritu sancto intelligenda esse existimat, ut Tractatu 6.° in Evangelium Joannis, et super canonicam Joannis, et in epistola 121, cap. 6, ad Probam [5], quae inscribitur: «De orando Deum».

Sunt praeter hos etiam alii, qui per spiritum, neque Spiritum sanctum, neque animam nostram spiritualem, sed donum aliquod sancti Spiritus, a Deo infusum, spiritum nominari ab apostolo existimant: quales fuere ex latinis quidem Sedulius, ex graecis vero Oecumenius, qui precandi dotem interpretatur esse spiritum. Olim enim, inquit, varia dona, varii accipiebant: prophaetiae, interpretationis linguarum, quae omnia spiritum appellabant, tamquam a Spiritu donata. Hae autem expositiones tres, etsi in verbis dissidere videantur, mihi tamen re ipsa invicem consentire, ac convenire videntur. Ut paulo post perspicuum et dilucidum reddam.

Si quis tamen urgeat, et a me quaerat quae sit sincerior expositio, paulinisque verbis congruentior atque suavior, ingenue fatebor Augustini interpretationem mihi magis arridere. Quod ut ostendam, assumo mihi in primis regulam duobus a magnis viris, iisdemque ecclesiae luminibus, Hieronimo, et Augustino, traditam: quod ubicumque spiritus absolute in sacris religionis libris ponitur, pro Spiritu sancto tantum accipiendum est. Huius regulae meminit Hieronimus in caput Micheae II.[m], tractans illa verba: «Utinam essem vir non habens spiritum et mendatium potius loquerer [6]»; Augustinus vero libro 2.° ad Simplicianum,

---

[4] Serm. 14.

[5] Ita habet nostrum apographum. In editione veneta operum S. Augustini, anno 1836 vulgata, hic locus reperitur in vol. III, pag. 431. Numerus autem hujus epistolae, ad Probam datae, non est 121, sed 130.

[6] MICH., II, 11.

questione prima. Nam et si aliquando pro spiritu humano sumatur, illud, ex circumstantiis colligitur sic esse accipiendum, ut cum Mathaeus de Domino ait: «Inclinato capite emisit spiritum [7]» et Ecclesiasticus, 12: «Revertatur, inquit, pulvis in terram suam, unde erat (hoc est corpus in pulverem terrae, unde sumptum est), et spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum [8]»; ac rursus: «Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma [9]»; et ad Thessalonicenses: «Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia ut integer spiritus vester, et anima et corpus sine querela in adventu domini nostri Jesu Christi conservetur [10].» In his enim locis, quia caro opponitur spiritui, certum est, spiritum pro humano accipi debere; et in psal. 102.°, cum dixisset Propheta: «Recordatus est quoniam pulvis sumus. Homo sicut foenum dies eius» (quod de corpore constat esse dictum), subdit: «Quoniam spiritus pertransibit in illo et non subsistet [11]»; ubi, etsi spiritus ponatur absolute, tamen, quoniam opponitur corpori diciturque in illo pertransire, constat de humano esse sermonem. Quemadmodum quod dicitur Genes. 8.°: «Adduxit spiritum super terram, et imminutae sunt aquae [12]»; quia ad imminuendas aquas missus est hic spiritus, cogimur accipere spiritum pro vento, ad desiccandas aquas creato; sicut etiam in hymno trium puerorum, cum dicitur: «Benedicite imber et ros Domino: Benedicite omnes spiritus Dei Domino [13]»; quo loco spiritus Dei dicuntur venti ut precedentia de imbre et rore, et sequentia de igne et aestu testantur. In psalmo etiam 103.°, in quo dicitur: «Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem urentem [14]», ad litteram videtur comparare angelos ventis velocissimis et igni urenti, ob eorum promptitudinem et velocitatem in adimplendis divinis mandatis, et quod instar ignis urentis divinae iusticiae peccata vindicantis ministri existant (quamquam hic non loquimur de voce spiritus, in numero multitudinis: nam tum vel pro ventis, vel pro angelis, vel pro anima hominum, vel pro immundis spiritibus usurpatur).

---

[7] JOANN., XIX, 3.
[8] ECCLE., XII, 7.
[9] MATTH., XXVI, 41.
[10] I TESSAL., V, 23.
[11] Ps. CII, 14-16.
[12] GEN., VIII, 1.
[13] DAN., III, 65.
[14] Ps. CIII, 4.

Hinc in praedicto trium puerorum hymno dictum est: «Benedicite spiritus et animae iustorum Domino [15]» ut illuc «animae iustorum Domino» expositio quedam sit verbi precedentis, nempe «spiritus», et Heb. 12, ad differentiam patrum nostrorum secundum carnem, dicitur Deus «pater spirituum [16]»; et paulo post in eodem capite: beatos vocat «spiritus iustorum perfectorum [17]». Regula ergo ab Augustino Hieronimoque proposita de nomine spiritus in singulari intelligitur.

Usurpatur interdum hec vox pro spiritu [a] malo, vel nequam. Hinc, Luc. 9, dicitur: «Ecce spiritus apprehendit eum [18]»; ac rursus: «Spiritus carnem et ossa non habet [19]»; iterumque Act. 23: Saducaei negabant resurrectionem, et angelum, et spiritum [20]. At in huiusmodi locis semper supplendum est immundum, vel nequam vel impurum, nam ita perpetuo evangelistae πνεῦμα ἀκάθαρτον sive πνεύματα ἀκάθαρτα vocant.

Deinde assumo et aliam regulam, quam B. Didimus in libris de Spiritu sancto, quos Hieronimus eius discipulus in latinum convertit, in hunc modum tradidit [21]: «Ubicumque in sacris literis grece spiritus cum articulo ponitur, semper pro Spiritu sancto, qui per excellentiam et essentiam est spiritus, venit accipiendus.» Qua quidem ex regula deducitur, quod cum Dominus inquit: «Spiritus ubi vult spirat, sed nescis unde veniat, aut quo vadat [22]», de Spiritu sancto prorsus (de quo paulo ante erat Domini cum Nicodemo sermo, cum diceret: «Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei [23]) interpretandum videri, nam et cum autem [b] tota Trinitas (cuius actiones externae sunt indivisae) operari consuevit, per appropriationem quandam, ut loquuntur, Spiritui sancto tribui solet; proinde ille dicitur in nobis vivere, per nos loqui, et ope-

---

[a] *16 verba seqq. omissa sunt a librario in hoc apographo.* —[b] *Sic; superflua verum haec particula videtur.*

---

[15] DAN., III, 86. [16] HEBR., XII, 9. [17] HEBR., XII, 23.
[18] LUC., IX, 39. [19] LUC., XXIV, 39.
[20] «Sadducaei enim dicunt, non esse resurrectionem, neque Angelum neque Spiritum.» ACT. APOST., XXIII, 8.
[21] Lib. III de Spiritu sancto. [22] JOAN., III, 8. [23] JOAN., III, 5.

rari, ac postulare, quoniam nobis ad haec divina munera prestanda donatus est, et a dono caritatis creatae nobisque infusae sive gratiae iustificantis abest nunquam; ita ut quicquid bonae actionis a gratia caritateve oriatur, verissime quoque a Spirito sancto proficisci affirmandum sit.

Quod igitur B. Chrysostomus spiritum interpretatus est animam spiritualem, verum dixit; nam liberum arbitrium, divina Spiritus gratia informatum, animus est vere spiritualis, et sine Spiritu sancto peculiariter ad deprecationem movente esse nequit. Porro quod Oecumenius interpretatur per spiritum donum Dei spirituale, quo perfunditur anima atque illustratur ad recte precandum Deum, vera quoque est expositio, nec ab illo dono abest Spiritus sanctus, doni auctor, et per illud suaviter movet ad agendum. Ac quod etiam Augustinus interpretatus est de persona Spiritus sancti postulantis pro nobis, minime excludit vel animum nostrum vel liberam voluntatem arbitriumve: nam per illud in nobis postulat iuxta tropum dictum. Neque rursus excludit donum Spiritus sancti creatum, quo tamquam instrumento quodam Spiritus sanctus docet nos, consolatur et quocumque velit agit. Augustinus igitur ad Spiritum sanctum, tamquam potissimum auctorem causamque omnium donorum et universorum bonorum operum, vocem spiritus docuit esse referendam; Oecumenius ad donum, quod medium est Spiritum sanctum inter et animum nostrum. Chrysostomus vero ad animum nostrum et donum Dei, quo perfunditur; sed neque hic sensus, neque secundus potest excludere Spiritum sanctum, ceu extrinsecum motorem ad opera, quae supra naturam sunt, adiuvantem; cui propterea hoc loco magis convenit spiritus nomen, quam vel animae spirituali, vel dono spiritali: quia magis illi quadrat nomen spiritus absolute, maxime cum articulo, et quia ipse magis per dona sua in nobis operatur, quam bona ipsa operentur. Nam si in actionibus naturae vera est sententia, primam causam in effectis secundum magis efficere quam secundas, quanto magis id locum habebit in actionibus, quas supra naturae vires facultatesque operamur.

Atque hic pedem sisto, nec ultra progredior, quoniam fortas-

sis plusquam erat par prolixior fui, et dum locum unum Pauli explicare in animo habebam, plures alios simul locos attigi potius, quam explicavi, an vero ad rem, tu ipse, pro sapientia tua, Illme. Domine, iudicabis.

Deliberaveram modum aliquem scribendi tenere, et succintis brevibus rem explicare verbis, et sententiis; verum, cum arripuissem calamum, propositi mei imme[mor] plurima coactus sum verba profundere, nescio an potius vitio meo an studio gratificandi amplitudini tuae. Ethnicus quidam (ut ipse probe nosti) poeta cecinit: «Amphora cepit institui; currente rota, cur urceus exit [24]?» Ego vero, instar figuli, cum urceum ex amphora efficere deberem, nescio quomodo urceus conversus est in amphoram.

Bene vale, Illme. Domine, et laborem nostrum tui gratia susceptum aequi bonique consul[as]. Iterum vale ac pro me Deo supplica.

Neapoli 14 die Octobris 1570.

Illme. ac Rme. dominationis tuae humilis in Domino servus,

ALFONSUS SALMERON.

329

PATRI FRANCISCO BORGIAE

NEAPOLI 20 OCTOBRIS 1570 [1].

Patris Dionysii Vásques adventu gaudet.—P. Petrum Blanca Neapoli non educendum censet.

329ª

P. FRANCISCUS BORGIA PATRI ALPHONSO SALMERONI

ROMA 28 OCTOBRIS 1570 [1].

P. Petrus Blanca Neapoli relinquitur.—Cum hic Neapolim destinetur, P. Joannes Vitalis in Siciliam remittendus.—P. Gaspar non bene valet.—Quid de Antonio Ruizio statuendum sit.

P. Salmeron.—Receuí la de V. R. de 20 del presente [2], y me con-

[24] QUINTUS HORATIUS FLACCUS, *De arte poetica*, vers. 21, 22.

[1] Ex epistola sequenti, qua huic respondetur.

[1] Ex regest. *Italia (1569-1571)*, fol. 185v.

[2] Desideratur haec epistola in nostra collectione.

solé en el Señor del consuelo que V. R. muestra con la yda del P. Dionisio [3], y spero que la buena ayuda que dará á V. R. aumentará la consolación de entrambos.

Pues el P. Pedro Blanca parece ser necesario en Nápoles, quede en buen hora [4].

No querría fuesse uenido el P. Joán Battista Vitale, porque staua ya de partida. Si uiniesse, podríase hazer predicar, para que V. R. uiesse si todauía el cambio ha de yr adelante. Y quando quisiesse retener todauía al P. Pedro Blanca, se hauía de restituir á Sicilia el P. Jo. Battista.

Quanto al P. Gasparo, por la indisposición suya con que se halla, ni está para acabar la peregrinación de Loreto, ni tanpoco tornar á Nápoles por aora [5]. Cobrará salud, plaziendo á Dios N. S., y entonces se uerá quál camino haya de hazer.

De Antonio Ruyz [6] me escribe el P. Dionisio, y tanbién un su pariente, al qual se hará respuesta otra uez, porque aora no da lugar la partida del procacio. V. R. le hable, y entienda sus cosas; y si le pareciere todauía de consinnarle á sus parientes, lo podrá embiar á Nola, no como recebido en la Compañía, sino como quien ha de star en preuia probación hasta la tornada del P. Dionisio; y entonces, según él se ubiere hauido, se podrá determinar lo que más conuiene.

En las etc.

De Roma los 28 de Ottubre 1570.

---

[3] Vide epistolam sequentem, quam P. Dionysius Vázquez, Roma Neapolim missus, Salmeroni tradendam suscepit.

[4] Vide epist. 324 et duas eidem subnexas.

[5] De hac P. Gasparis Hernández peregrinatione haec Borgia Salmeroni die 11 Augusti 1570 referebat: «... Et perchè ho inteso che 'l P. Gasparo rettor ha deuotion particolar de uisitar la santa casa di Loreto, e de tornar per Roma, insieme con 'l P. Buoncore; io uorrei darli questa consolatione: et hauendo ad essere l' absentia de Napoli per pochi giorni in tutti doi, non credo serà inconueniente se li conceda questa pia dimanda; et hauerò caro che V. R. li mostri hauerlo per bene. Del tempo mi rimetto a quello che di là parerà più espediente: credo bene conuerrà che pioua, o uero refreschi più il tempo...» Ex iisd. regest., fol. 157v.

[6] Vide epist. sequentem.

329 b

P. FRANCISCUS BORGIA
PATRI ALPHONSO SALMERONI
ROMA 13 OCTOBRIS 1570 [1].

P. Dionysius Vásquez Neapolim ad provinciam inspiciendam mittitur.— P. Bonocorde vita functus.—Antonius Ruisius P. Dionysio comes itineris adjungitur.

P. Salmeron. — Il portator di questa sarà il P. Dionisio Vasquez, il qual mando per uisitar la prouincia de Napoli, per la qual solamente mancaua questa diligenza, che in tutte le altre prouincie si è fatta, et era tanto più necessaria, per non poter V. R. uisitar, massime li doi collegii remoti [2]. Del resto mi rimetto all' instruttione che lui porta, et a quel che de parola dirà a V. R.

Credo scriuerà il P. Gasparo [3] come ha piacciuto a Dio N. S. chiamar a sè il P. Giovanni Battista Buoncore, non si sapendo la causa del suo male; perchè di un calzo che hebbe nella strada, molto poco si resentì, e li medici chirurgi hanno giudicato non poter esser quella la causa di sua morte. L' hauemo tutti sentita estraordinariamente, benchè il ueder che senza causa che s' intenda, et in tanto pochi dì habbia passato di questa uita alla altra, ci fa conoscere la uolontà di Dio N. S., che, uolendolo chiamar a sè, uolse fossi in Roma, per sminuire il dispiacer, che molti haueriano hauuto in Napoli, oltre la moltiplicatione delli suffragii. Sia lodata la sua divina bontà, e sia seruita nella morte e uita de tutti [4].

---

[1] Ex regest. *Italia (1569-1571)*, ff. 181v-182r. Vide epistolas praecedentes.

[2] Vide epist. 325 et 325a.

[3] Romam cum sociis ante diem 6 Octobris attigerat, prout ex epistola hac die Salmeroni ex Urbe hisce verbis nuntiabatur: «Arriuorno il P. Gasparo col P. Buoncore et gl' altri doi compagni, benchè il P. Buoncore con un poco di male in una gamba, che non sarà niente, piacendo a Dio; ma ben potria essere lo facessi tardare il uiaggio qualche dì. D' altre cose, come haueremo ragionato più alla longa, si potrà scriuere.

Ci siamo molto ralegrati in Domino d' intendere quanto inanzi uadino, et quanto prosperamente le fatiche di V. R. nel scriuere. Dio N. S. dia grazia di finirle per molto seruitio suo.

Qui uanno lettere per il P. Gioseffo, per il P. Pietro Blanca. Il P. Giacomo Abbate pare desideri impregare il talento di predicare in qualche parte, doue sia più accetto. V. R. uederà nella sua prouincia doue si potrà meglio colocare... Di Roma li 6 de Ottobre 1570.» Ex iisd. regest., fol. 178v.

[4] Hujus egregii viri laudes et pia mors a SACCHINO, loc. cit., part. III, lib. VI, nn. 35-39, enarrantur.

Credo andará con il P. Dionisio Antonio Ruiz. Conuerrá che V. R. parli o facci parlar alli suoi parenti, e glielo consegni, perchè la probatione di questo tempo, che è stato nella Compagnia, ha mostrato che non è atto all' instituto di quella, benchè fora si debba sperar seruirà a Dio N. S...

Di Roma li 13 di Ottobre 1570.

330

CARD. STANISLAO HOSIO

NEAPOLI JUNIO-NOVEMBRI 1570 [1].

De alienae haereditatis usurpatione sibi plene exploratum esse inficiatur.

330 [a]

CARD. STANISLAUS HOSIUS

PATRI ALPHONSO SALMERONI

11 NOVEMBRIS 1570 [1].

Eum ad haereditatis reginae Bonae putato domino restitutionem urgendam adhortatur.

Alfonso Salmerono 11 Novembris 1570.

Per adversam valetudinem, qua menses aliquot graviter laborabam, hactenus mihi tuis litteris [2] respondere non licuit. A qua posteaquam piorum precibus et sacrificiis recreatus sum, dubitabam ego quoque, num tuis litteris respondere deberem. Nam nescio quam immanitatem tribuere mihi videris, quasi et existimationem et vitam tuam in summum discrimen adductam voluerim, cum tamen a me tale quid esse factum, quemadmodum ex iis litteris, quas ad te dedi, [3] colligi possit, non videam. Neque enim haereseos tibi notam unquam impegi; sed cum scripsisses in prioribus ad me tuis litteris, ubi fidei negotium agitur, illius asserendae causa nullam te dimicationem nec periculum ullum recusare, etiam si foret occumbendum, caeterum, ubi per iniuriam proximo suum eripitur, ibi maiore ut aliqua libertate utaris in eo, qui peccat, reprehendendo, a te requiri non debere. Hic ego metuebam, ne

[1] Ex epistola sequenti, huic respondente.

[1] Ex adversariis vel apographo coaevo; Cracoviae in bibliotheca academiae asservatis «Cod. Jagell.» 162, n. 35. Vide epistolas 323[a] et 326[a], cum annotationibus de haereditate ducatus barensis ibi appositis.

[2] Hae litterae periisse videntur.

[3] Litteras significat, die 16 Junii 1570 Salmeroni datas, quas sub n. 326[a] habes.

quis ita verba tua acciperet, quasi nihil ad te pertinere putares, rectene facerent homines, dummodo recte crederent, quod fides etiam absque operibus abunde sit illis ad salutem suffectura, ac mox subieci, quod adduci non possim, ut credam, eam tibi sententiam probari. Sub [finem] etiam litterarum, ut aliquid eiusmodi suspicandi de te causam ne preberes, ne quid cum sacra inquisitione tibi foret negocii, fraterne sum hortatus. Estne hoc notam hereseos inurere, si quis eum, cui regnum a Deo spirituale traditum est, in charitate fraterna moneat, ut non solum ad recte credendum, verum etiam ad bene operandum eos hortetur, qui regno sunt subiecti et si quem peccantem viderit, Nathan, Heliae et Joannis Baptistae exemplo redarguat, atque ad alienae rei restitutionem impellat? Equidem ad sacram inquisitionem adhuc nomen tuum non detuli, sed si perrexeris hanc sententiam tueri, neminem in te libertatem desideraturum, ubi de doctrina fidei agitur; sicubi vero eripit aliquis proximo bona fortunae, etiamsi publicum id sit et omnibus manifestum, nolle te cuiquam eo nomine molestum esse, et in hoc vel priorem vel posteriorem Heliam imitari, quid mihi faciendum sit, deliberabo. Fortassis iustiorem habebis tum de me querendi causam, quam hactenus habuisse videris. Quod si quid suae coleraè [4] quidam amicus noster mihi fuisset impertitus, tam longa deliberatione non uterer. Sed ne repente tibi mutatus videar, nihil ea de re statuam, nisi num perstare velis in sententia prius cognovero post hanc meam alteram admonitionem. Sed iam videamus quemadmodum infirmitatem ostendas rationis nostrae, tua firmiore, sicut tibi videtur, proposita. Negas te esse prophetam: nonne cum praeclarum aliquod facinus non sine periculo nec sine quadam hominum offensione nobis aggrediendum est, prophetas nos esse negabimus? Sed in hoc Joannem Baptistam imitari fortasse voluisti, qui et ipse se prophetam esse negabat, fortassis autem ut audires: «Hic est plus quam propheta [5]», quod ex me tamen adhuc non audies. Vellem autem in altero quoque Joannem Baptistam imitareris, qui, quamvis esse prophetam se negaverit, nihil tamen est veritus in faciem regi dicere: «Non licet tibi alienam uxorem [6]» et eadem ratione alienas terras possidere. Sed ubi cum Joanne periculum nobis est aliquod adeundum, prophetae esse nolumus et causam

---

[4] Vide *Epist. P. Salmeronis*, I, 209, annot. 3.

[5] «Sed quid existis videre? prophetam? Etiam dico vobis et plus quam prophetam.» MATTH., XI, 9.

[6] JOAN., XIV, 4.

hanc praeteximus, ne manifestam superbiae et arrogantiae notam subeamus. Ego vero, si tu prophetam esse te diceres, prophetam esse te negarem. Sic enim quidam ex Patribus locum illum evangelii: «Cum omnia feceritis, dicite servi inutiles sumus [7]» interpretatum esse legi. Dic, ne metuas; non ex tuo iudicio fero sententiam; nam si tu te ipsum dixeris inutilem, ego te ut utilem coronabo; si te laudandum esse duxeris, reprobus effectus es, etiamsi fueras ante laudabilis. Si vero inutilem te esse fatearis, factus es utilis, etiamsi fueras ante culpabilis. Quamobrem facile patior, ut cum Joanne prophetam esse te neges, ac eris apud me tanto maior propheta, modo cum Joanne liberam etiam vocem contra eos, qui alienas hereditates invadunt, cedas [nunquam] [a]. Posterius hoc magis a te, quam prius illud, exigo. Sed si tibi, quemadmodum scribis, donum prophetiae concessum non est, cur scripturam interpretaris, cur de superiore loco populum doces et exhortaris? An hoc non est prophetam esse? Cur igitur fungeris munere prophetae, si propheta non es? Nimis autem superbus fueris propheta, si nolueris a quoquam admoneri, cum non ignores, etiam prophetis non semper praesto adesse Spiritum sanctum, quem et ipsi Nathan, cum a David interrogaretur, num aedificare sibi templum liceret initio praesto non adfuisse legimus [8]. Idem et Heliseo et aliis nonnullis accidisse historia Regum testatur. Sed nec illud nescis, quod episcopi quoque non sunt omnino spiritu prophetico destituti, quem etiam ignorantes habere nonnunquam videntur, etiamsi vitae non sint prorsus inculpatae. Nisi forte non tibi fuisse propheta Caiphas videtur, cum diceret: «Expedit, ut unus moriatur pro populo [9]», cum tamen ipse vim huius prophetiae suae non intelligeret. Sed quod ultro fateris ipse, de eo pluribus agere necesse non est. Vis ut ipse praestem, quod abs te fieri postulo; sed, praeterquam quod pars esse videor, minorem ut fidem habitura sit oratio mea, quo modo praestabo, cum sim absens, cum vicina [b] vox magis afficiat. Deinde vero non perinde grata solent hispanis esse, quae proficiscuntur ab aliarum gentium hominibus; et esse dicitur apud vos in more positum, ut si qui veniant itali episcopi, minores; si hispani, maiores illis sellas, in quibus recumbant, detis, ponderosiora ut sint omnia, quae a vestrae gentis hominibus proficiscuntur. Fortassis autem et mihi minorem sellam apponeretis, quod non possem aequissimo animo ferre. Sed

[a] *Unum verbum desideratur in nostro apographo, quod hac negativa particula supplendum videtur.* — [b] vitia *apogr. nostr.*

[7] Luc., XVII, 10. [8] II Reg., VII. [9] Joan., XI, 50.

bene est, quod prophetam aliquando te fuisse tandem fateris; iam autem esse desiisse, ut iam dici tibi non possit: «Clama ne cesses, et quasi tuba exalta vocem tuam [10]» etc. Dicis praeterea metis quibusdam prophetandi munus hoc esse circumscriptum. Sed quaenam sunt istae metae? num illae, de quibus poëta quidam scripsit: «Sed quid opus teneras mordaci radere vero auriculas? Obsequium amicos, veritas odium parit [11].» Sicne tu cancellis circumscriptum esse vis prophetiae munus, ne cuius aures offendantur? Non ita Nathan, non sic Helias, non Joannes Baptista, quorum exemplum te sequi, quam poëtas, audire mallem. Nec hoc exigimus a te, ut publice notes aliquem et eius peccatum arguas, sed illud potius facias, quod Christus mandavit: «corripe eum inter te et ipsum [12]»; neque videmus, quid prohibeat quominus huic praecepto Christi satisfacias, et vel hunc vel illum adeas, quorum opera factum esse scis, ut hereditas aliena possideatur, et illa evangelii verba proferas: «Quid prodest homini, si» non solum statum barensem aut rossanensem, verum etiam «totum mundum lucrifaciat, animae vero suae detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua [13]?» Si talia verba proferres vel primo vel secundo Helia digna, certe si quis esset non prorsus ab omni pietate remotus non modo non offenderetur verum etiam gratias tibi ageret, quod animae suae salutis tantam curam gereres. Verum haec hactenus.

Negas tibi plene persuasum et exploratum esse, de hereditate ab alieno usurpata, vero herede spoliato [14]. Atqui prioris epistolae tuae verba sunt haec: «Contendis litteris tuis illud mihi persuadere, quod mihi ante multos annos longe est persuasum, de nescio qua hereditate expilata et ad alium, ad quem minime pertinebat, devoluta, herede legitimo contra omnem iuris ordinem spoliato. Utinam aliis tam esset hoc persuasum, quam mihi est. Res enim serenissimi tui regis meliori essent loco, quam sunt.» Quid iis verbis clarius atque dilucidius esse potest? cum praesertim non exigatur a te, ut dicas, «occidisti et possedisti [15]». Nam ut hoc tibi revelatum non sit, quod vulgo iactatur, occisam a quodam esse serenissimi regis mei matrem [16], de quo quandoquidem nemo vult mortalium, debitas aliquando Deus ipse poenas exiget, certe quod occupata sit et possessa hereditas aliena, certius est et manifestius,

---

[10] Isai., LVIII, 1.
[11] Persius, I, 107.
[12] Matth., XVIII, 15.
[13] Matth., XVI, 26.
[14] Vide epist. 323ª, annot. 2.
[15] III Reg., XXI, 19.
[16] Vide epist. 326ª, annot. 9.

quam ut de eo dubitare possis, cum oculis ipse tuis videas, nec revelationis illius indigeas. Unum ego, doctus a te, metuendum esse mihi video, ne cancellos, quibus circumscriptum esse vis munus propheticum, transgressus esse videar.

Itaque non dicam hispanisare te quoque cum aliis, ne quid aures tuas offendam; quin contendendi tecum hic finem faciam. Nam quod nos ad iudicium neapolitanum remittis, ante omnia restitutum spoliatum oporteret, cum ne citatus quidem unquam fuerit, quam ad iudicium aliquod veniretur. Sed nec de haeresi tecum disputare volo, quandoquidem induciae tibi sunt a me datae. Quantum autem in arte persuadendi profecerim, praesertim quod ad te attinet, vehementer me poenitet. Et oleum et operam perdidisse mihi videor, cum praesertim ex litteris tuis intellexerim, quod ante multos annos tam tibi fuit persuasum, quam quod persuasissimum, simul ut idem ego quoque tibi persuadere sum conatus, persuasum tibi esse desiisse. Tu autem hic non es admirabilis quidam meus in arte persuadendi profectus? Quamquam adduci vix possum, ut credam, non esse tibi persuasum a nobis aliquid. Nam si nihil apud te vis nostra persuadendi valeret, quae nulla est vel perexigua, saltem amori tuo in nos tribueres aliquid. Sed illud potius existimo, cum omnia facias quaecunque vel a Nathan vel ab Helia vel ab Joanne Baptista, quod ad arguendi libertatem attinet, facta legimus, nolle te tamen fecisse videri ne laudem potius et gratiam hominum consectari, quam religioni tuae satisfacere voluisse videaris. Id si factum ita esse cognovero et fructum nos aliquen huius admonitionis tuae clandestinae consecutos videro, iam non est quod metuas, ne quid apud sacram inquisitionem tibi negotii facessere velim. Omni te cura hac libero. In utramque aurem dormias licebit.

331

CARD. ANTONIO CARAFFAE

NEAPOLI 9 NOVEMBRIS 1570 [1].

Commentarios in locum quemdam evangelii S. Joannis ei mittit, rogatque eum, ut, quae ipsi non arrideant, significet.

Illmo. e Rmo. signor.

Ho hauuto a caro che la nostra risposta a quello dubbio di

[c] *Sic; sed aliquis in apogr. nostro error esse videtur.*

[1] Ex archetypo, Romae, in Biblioteca Barberiniana, codice LXI, 37, duplici fol. 148, 149, prius 258, 259. Subscriptio est autographa.

San Paulo [1], habbia tanto et a V. Sria. Illma. et all' Illmo. cardinale Sirleto [2] satisfatto; però per dire quello che sento, molto più mi piacque che nè all' vno nè all' altro habbi sodisfatto in quella espositione di quel luogo di san Giouanni: «Spiritus vbi vult spirat: et uocem eius audis, sed nescis unde ueniat et quo uadat: sic et omnis, qui natus est ex spiritu [4]»; perchè m' è stato vn sprone et occasione di pensare et meditare molte cose delle sacre lettere non senza grande gusto mio, et occasione di occupare V. Sria. vn pezzo di tempo nel leggerla. Sì che, allargatomi alquanto nel profondo mare delle sacre et diuine scripture, ho scripto vna selua incondita di cose et di parole, vna farragine di cosaccie indigeste; ma, tali quali si siano, mi persuado che recaranno alcun contento et spasso spirituale a V. Sria. Illma. Io la chiego per l' amore che mi porta, la voglia attentamente leggere e minutamente ponderare ogni ragione, perchè così più ageuolmente potrà formare il giuditio per dar meglio la sententia. Et per pagamento di questa poca fatica non ricerco altro che l' essere auuisato di quello che iui non contentasse: perciò che più guadagnarà V. Sria. Illma. in auuisarmi delli difetti, che in darmi lode, et aggrandire le cose mie, che sono basse et minute. Nè si conturbi di tanta mole, perchè sa la mia mala vsanza. Et benchè prima facie gli possa dire: «Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus [5]», tuttavia si può rispondere: «Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate [6].»

Lo signor auditore mi è uenuto a visitare da parte di V. Sria. Illma. et da sè stesso spontaneamente egli è venuto a far carità con esso meco. Credo habbia voluto sodisfare per il

---

[1] Vide hoc responsum in epist. 328.

[2] «Gulielmus Sirletus (Sirleto), Stili in Calabria natus... claro natus genere, sed multo magis sapientia, virtutisque splendore conspicuus, trium linguarum et Theologiae peritissimus... sub Pio IV Protonot. Apost. ac tandem Diaconus Cardinalis et mox presbyter... post Episcopus S. Marci, deinde Esquilacens. in Calabria, Sedis Apostolicae Bibliothecarius, obiit Romae anno D. 1585...» CIACONIUS, loc. cit., II, 1197.

[4] JOAN., III, 8.

[5] QUINTUS HORATIUS FLACCUS, *De arte poetica*, vers. 139.

[6] JOAN., VII, 24.

mancamento di qualche d' un altro, però in ogni modo mi è stato carissimo, perchè è letterato et pieno di molte buone qualità, et degno di esser con ragione seruitore di V. Sria. Illma., m' è stato molto grato di conoscerlo in particolare. E con tanto a V. Sria. Illma. bascio la mano, et alle sante sue orationi con ogni riuerenza mi raccomando.

Di Napoli alli 9 di Nouembre 1570.

Di V. Sria. Illma. et Rma. humile seruo suo in Jesù Xpo.

ALFONSO SALMERON.

Inscriptio. All' Illmo. et Rmo. signore il cardenal Carafa, signor mio in Christo osser.^{mo}, a Roma.

332

PATRI FRANCISCO BORGIAE

NEAPOLI 23 DECEMBRIS 1570 [1].

De suis commentariis.—Collegium neapolitanum rectorem non habere; ideoque ut prior rector eidem restituatur, vel ejus loco P. Vázquez substituatur, proponit.

† Ihs.

Muy Rdo. en Xpo. Padre nuestro.

Pax Xpi.

Esta es para dar las buenas fiestas y pascuas á V. P. Yo estoy bueno, á Dios gracia[s], trabajando con mucha assiduidad y gusto que el Señor da. Este colleggio a ya tres meses que está sin rector [2], y pareçe que convendría que lo tuuiesse, pues es tan grande y tiene tanta necessidad dél. Yo e trattado con el Padre visitador [3] sobre este puncto, y si V. P. nos le dexasse por rector, este colleggio estaría bien, y si no, creo que, auisado y amonestado el que primero lo era en algunas cosas que le puedan ayudar, se podría boluer á restituir, por ser muy amado de

---

[1] Ex autographo, in codice *Epist. Salmer.*, 2 fol., n. 138, prius 258. Huic epistolae respondent duo sequentes.

[2] Rector collegii neapolitani, P. Gaspar Hernández, aberat a mense Octobri. Vide epist. 329*.

[3] P. Dionysius Vázquez.

muchos amigos y benefactores: y en esto yo quedaría consolado de V. P., y estaría bien descargado para yr adelante en la inpresa començada; y creo que se tomaría corte cómo, assí á los de casa como de fuera, se diesse satisfactión. Si esto no diere satisfactión á V. P., yo me remitto y resigno en quanto mandare y ordenare. Y nuestro Señor á V. P. conserue y augmente en su sanctísima gracia, como conviene á su sancto servicio y á toda la Conpañía.

De Nápoles á veynte y tres de Deziembre de 1570.

De V. R. P. hijo y sieruo en Jesu Xpo.,

SALMERÓN.

Inscriptio. Ihs. Al muy Rdo. en Xpo. Padre nuestro, solo, el P. Francisco de Borja, prepósito general de la Conpañía de Jesús, en Roma.

Sigilli vestigium.

332 a

P. JOANNES DE POLANCO EX COMM. PATRI ALPHONSO SALMERONI

ROMA 30 DECEMBRIS 1570 [1].

Ut Patrem Didacum in ministerio doctrinam christianam docendi foveat, Salmeronem hortatur.—Eidem de progressu in suis lucubrationibus gratulatur.—Documenta a Marco Antonio Sardo Romam perferenda expectantur.—Novem vulturina pectora Borgiae ex Sardinia transmissa, ut iisdem pro medicamento utatur.

P. Salmerón.—La de V. R., que uenía para N. P. sólo [2], ha recebido stando en la cama con su podagra, la qual le ha saltado de un pie en el otro, y en estas fiestas le ha dado ocasión de offrecer á Dios N. S. un buen exercicio de paciencia, y por esta causa podrá ser no responda á V. R., aunque desde la cama le dessea buen principio de año nueuo, y encomienda particularmente á V. R. que anime al buen Padre D. Diego [3] en su exercicio de enseñar la doctrina x.na; y si sermón no pareciese tan á propósito para la ciudad de Nápoles, serlo ha por otras par-

[1] Ex regest. *Italia (1569-1571)*, fol. 200r.

[2] Haec est epistola praecedens. Vide epistolam sequentem.

[3] P. Didacus de Guzmán. Cf. SCHINOSI, loc. cit., part. I, lib. II, cap. 7.

tes, donde la gente tiene menos copia del uerbo diuino y es más simple. El cardenal de Sta. Seuerina [4] lo ha desseado por Caserta y sus casales; y, passado el imbierno, para su arçobispado: y podrá ser que en aquellas y otras partes dese reyno se sirua mucho Dios N. S. de la charidad y industria del dicho Padre.

Mucho nos alegramos todos en Domino de las buenas nueuas que nos escriue el P. Dionisio [5] de la obra començada por V. R., y lleuada tan adelante [6], porque speramos se seruirá mucho della Dios N. S.; y tanto más presto, quanto más priesa se diere V. R. de sacar á luz parte de sus lucubraciones, si todas juntas no pudieren tan presto sacarse. N. P. etc.

De Roma los 30 di X.bre 1570.

De Sicilia escriuen que con M. Antonio Sardo [7], médico, embían ciertos contractos, que se han de ratificar en Roma por N. P. Héselos demandado al dicho M. Antonio, y díxome los dió á V. R.; y siendo así, paréceme abrá sido error. V. R. por charidad los haga buscar y, hallándose, embiarlos á Roma.

De Cerdeña escriue M. Bartolomeo Fores, nuestro amigo, que embía á nuestro Padre 9 pechos de buitres, que son muy al propósito para los que tienen [a] endisposición de estómago, y que los endereçaría á Nápoles al P. Gauino Casasia. Holgará N. P. de entender si llegaron. V. R. le mandará dar auiso de lo que en esto supiere.

---

[a] tienes *ms.*

---

[4] Vide epist. 327[a], annot. 2.

[5] P. Dionysius Vázquez, provinciae inspector. Vide epist. 329[b].

[6] Haec de commentariis in sacram scripturam a Salmerone scriptis intellige. Vide epistolas Borgiae praecedentes passim.

[7] De Marco Antonio Sardo haec Roma Salmeroni 4 Novembris 1570 referebantur: «... Perchè intendiamo esser uenuto nostro fratello Marc' Antonio Sardo con un' altro suo fratello della Compagnia, in compagnia di suo padre e altri dui fratelli secolari, solamente dirò per questo che potrà uenir Marc' Antonio a Roma con li altri suoi fratelli, già che non è tempo di aiutarsi delli bagni di Puzzuol...» Ex iisd. regest., fol. 187r.

332 b

P. FRANCISCUS BORGIA
PATRI ALPHONSO SALMERONI
ROMA 12 JANUARII 1571 [1].

Salmeronem scribendo incumbere gaudet.—Rectorem collegii neapolitani Ramirum et vice-provincialem Dionysium Vásques constituere cogitat, idque Salmeroni proponit, ut suum ea de re judicium proferat.

P. Salmeron.—Por mi indisposición no he respondido hasta aora á la de V. R. de 23 [a] del passado; y aunque no stoy del todo libre, hallándome ya [b] mejor, Dios loado, no he querido diferir más la respuesta.

De que V. R. atienda con mucha assiduídad y gusto á la obra començada, me consuelo yo mucho, porque así spero que tanto más presto se acabará, y que los trabajos de V. R. serán muy prouechosos para el diuino seruicio y bien común [2].

Bien ueo quánta razón tiene V. R. de acordar el tiempo que ha estado esse collegio sin rector [3], y que para cumplir con lo que yo deuo y también V. R., que conuiene proueer de quien lo sea y atienda al gouierno dél. Ma[s] porque el P. Gaspar está cansado de lleuar esa carga, y porque auiéndome yo priuado de la ayuda del P. Dionisio [4] por ayudar esa prouincia le he menester acerca de mí, no tornará él para tener cargo de rector, mas paréçeme lo deua ser el P. Ramiro [5], cuyas qualidades V. R. bien conoce. Y así como acá nos parece sea al propósito para ese cargo, así creo le parecerá á V. R.

Y porque veo que la edad y cansancio de V. R., y la ocupación que yo le he encargado de escreuir en sugeto tan graue y tan importante requieren ayuda, para que se pueda satisfazer, así á la obligación de

---

[a] *In ms.* 3; *sed error est manifestus; nam autographae Salmeronis litterae die 23 datae sunt.* —[b] yo *ms.*

---

[1] Ex regest. *Italia (1569-1571)*, fol. 203r. Vide epistolas praecedentes.

[2] Vide epist. praecedentem; 317, annot. 2; et 319, annot. 3.

[3] P. Gaspar Hernández profectus fuerat Romam et Lauretum. Vide epist. 329a et 329b.

[4] Vázquez, qui ad inspiciendam provinciam neapolitanam mandatus fuerat. Vide epist. 329b.

[5] De P. Antonio Ramiro vide epist. 276a, annot. 3; et passim in praecedentibus litteris de eodem mentio redit.

V. R. como á la mía en el gubierno de esa prouincia, me he determinado de dexar en ella al P. Dionisio por viceprovincial, para que pueda en lugar de V. R. uisitar los collegios de esa prouincia, y assistir al gubierno della debaxo de V. R., que podrá siempre hazer por sí lo que le pareciere, y en lo demás descargarse sobre él; y así, no se faltando á las necessidades de la prouincia, podrá V. R. tanto más libremente atender á la obra que tiene entre manos.

Esto es en lo que me he determinado, aunque no scriuiré nada dello á otro ninguno hasta que de esta tenga respuesta de lo que á V. R. le parece. En cuyas etc.

De Roma 12 de Enero 1571 [c].

333

PATRI FRANCISCO BORGIAE

NEAPOLI 2 FEBRUARII 1571 [1].

Difficultates nonnullas objicit, quae P. Ramirum rectorem collegii neapolitani non eligendum suadent.

333 a

P. FRANCISCUS BORGIA PATRI ALPHONSO SALMERONI

ROMA 10 FEBRUARII 1571 [1].

Difficultatibus, quas Salmeron exposuit, perpensis, Ramirum nihilo secius rectorem collegii nominandum arbitratur.

P. Salmeron.—Recebí la de V. R. de dos del presente [2], y tanbién las del P. Dionisio [3], á las quales se remite; y todauía me parece en Domino que el P. Ramiro sea rector [4]; porque los inconuenientes que se alegan es de creer cessarán con estar ay la mayor parte del año el P. Dionisio, que le quitará mucho trabajo y ocupación; y así podrá atender á las lectiones de la Escriptura y al gouierno: y quando el tiempo y experiencia enseñase, se podrá entonces hazer mudança.

Quanto al P. Dionisio, me parece que se esté con el nombre de vi-

---

c 1570 *ms. Alias in praecedentibus regestorum litteris idem error emendatus reperitur.*

1 Ex epistola sequenti, quae huic respondet.

1 Ex regest. *Italia (1569-1571)*, fol. 211r.

2 Hae litterae periisse videntur.

3 P. Dionysius Vázquez, provinciae neapolitanae inspector.

4 Vide epist. 332b.

sitador, con el qual podrá ayudar á V. R., haziendo lo que haría si fuese viceprovincial; en manera que V. R. siempre quedará aliuiado para poder atender á su obra, que todos esperamos con desseo se acabe á gloria de Dios N. S. y bien común...

De Roma X de Hebrero 1571.

334.

PATRI FRANCISCO BORGIAE

NEAPOLI 2 MARTII 1571 [1].

De Patribus Morone, Mario et Joanne de Rosis.

334 [a]

P. FRANCISCUS BORGIA PATRI ALPHONSO SALMERONI

ROMA 10 MARTII 1571 [1].

Quae de Patribus Morone, Mario et Rosis proponuntur, majori consideratione digna videntur.

P. Salmeron.—Ho uisto quel che scriue V. R. per le sue di 2 del presente et insieme il P. Dionisio [2] per conto delli Padri [a] Morone, Mario, et Gio. de Rossis [3]. Et perchè la cosa pare degna di più consideratione acciò che si faccia quel tanto che sia maggior gloria di Dio; per hora non dirò altro, se non che la penserò; et raccomandato a nostro Signor che inspiri il meglio, poi scriuerò a VV. RR. ciò che sentirò in Domino.

Di Roma li X di Marzo 1571.

335

CARD. GULIELMO SIRLETO

NEAPOLI MARTIO (?) 1571 [1].

Locum quemdam evangelii S. Matthaei exponit.

---

[a] *Hoc verb. atramento obliteratum est in codice.*

---

[1] Ex sequenti Borgiae responsione.

[1] Ex regest. *Italia (1569-1571)*, fol. 217r.

[2] Hae litterae amissae fuisse videntur.

[3] In catalogo provinciae neapolitanae, anno 1574 exarato, inter professos 3 votorum, hi tres Patres recensentur: «P. Petrus Moronus, P. Marius de Fabritiis (vel forte sermo est de P. Mario Florido ibidem inscripto), P. Joannes de Rosis.»

[1] Ex epistola Salmeronis, eidem Sirleto die 13 Aprilis data, quam sub n. 336 damus, ubi de hac sermo fit, non autem qua die data fuerit notatur.

336

CARD. GULIELMO SIRLETO

NEAPOLI 13 APRILIS 1571 [1].

Epistola officiosa.

Illmo. e Rmo. signore [2].

La settimana passata mi fu capitata nelle mani vna di V. Sria. Illma., e perchè quello che la portò mi promese tornar per la risposta, et non tornò, per questo non ho risposto più per tempo: benchè sendo risposta della mia [3], non era tanto necessario questo rescriuer mio. Tuttavia m' è stata cara questa tardanza di rispondere, per poter meglio metter in essecutione quello che V. Sria. Illma. mi comanda, perchè, doppo la uenuta del cardinal a Pozzol [4], l' ho uisitato personalmente alcune uolte, et altre per lettere; e, doppo che è tornato in Napoli, appena passa giorno che non siamo insieme, vbi de te perhonorificus sermo semper est habitus. Io ho pigliato, per scudo del spesso visitarlo, la essortation' e cura che V. Sria. Illma. m' impone; et conosco quanto sia gran seruo d' Iddio questo Illmo. signore, et quam uerus israëlita, in quo dolus non est [5]: e conosco quanto V. Sria. mi scriue della sincerità et bontà di questo signore esser l' istessa verità. Lui, Dio gratia, sta meglio et ua aquistando ogni dì più uigore et forze, ma non è ancora al tutto netto d' alcune reliquie et segni di quella, con un poco de tremorcello nelle mani e giallezza di faccia; ma continoando [a] l' aria sua natiua e le commodità e delicatezze napolitane, è da credere che presto si restituirà alle pristine forze sue et sanità. Solamente ho paura d' vna cosa, che essendo S. Sria. desiderosissima del ritornar in Roma, non preuenga il tempo, et perda facilmente quel poco d' acquisto ch' ha fatto, e come disse Quintiliano: «Multi sunt, qui

[a] *Sic.*

[1] Ex archetypo, Salmeronis manu subscripto, Romae in Bibliotheca Vaticana, Lat., 6185, 2 fol., n. 18.

[2] Vide epist. 331, annot. 3, ubi de cardinali Sirleto est sermo.

[3] Hanc epistolam non vidimus.

[4] Haec de cardinali Antonio Caraffa intellige. Vide epist. 338 et 339.

[5] JOAN., I, 47.

ad ueram sapientiam peruenirent, nisi iam se peruenisse arbitrarentur [6].» Però a V. Sria. Illma. tocca, con il cui parer fu spinto a uenir a Napoli, doue ha cominciato migliorar', a persuadergli con le sue lettere che non si parta di qua, finchè non habbia racquistato vn habito forte di sanità, con il qual possi resistere all' aria romana, se forse lo uolesse vn' altra uolta offendere. E questo tocca all' honor di V. Sria. Illma., perchè ha uinto con il suo parere le opinioni degl' altri; e V. Sria. sa che «Non minor est uirtus, quam quaerere, parta tueri [7].» Io insin' hora non gl' ho detto altro se non che, stando bene et gagliardo, che subbito se ne ritorni in Roma; ma che, si sono alcune reliquie e indicii del male, che non si parta così presto, acciò che poi non si habbia a pentire.

Quanto alle laudi che V. Sria. dona alla espositione di quel luogo di S. Mattheo anchorchè io l' attribuisca alla sua grande et antica beneuolenza uerso di me, et come si sia, et laudabile sit a viro laudato laudari; nondimeno io ho dessiderato più presto d' esser vituperato e ripreso da lei, perchè mi presumeua et ancora presumo che non siano senza alcune imperfettioni e mancamenti quelle cose che escrissi, et così pensauo di guadagnar et imparar qualche cosa. Però poichè a V. Sria. Illma. gli piace così d' esser cortese et liberale agl' altri, et a me solo mi si mostra arido et asciuto, a me conuiene pigliarlo in bene, e contentarmi di qualsiuoglia maniera che si degnarà trattar con meco. Nè per questo sarò manco osseruatore e riueritore delle sue grandi et singolari uirtù, et amoreuole et humil seruitore. Et la supplico con tutto 'l cuore ch', almanco nelle sue sante orationi et sacrificii, mi uoglia tener per raccomandato, come huomo ueramente bisognoso e necessitato di sussidio et fauore appresso il gran signor Iddio, il qual V. Sria. Illma. tenga in suo particolar patrocinio et prottettione.

---

[6] Hanc apud Quintilianum sententiam reperire non licuit. Fortassis, memoriter Salmeron scribens, Quintiliano adcripsit quae SENECA, *De tranquilitate animi*, cap. I, in hunc tenorem effatus est: «Puto, multos potuisse ad sapientiam pervenire, nisi putassent se pervenisse.»

[7] OVIDIUS, *De arte amatoria*, II, 14.

Di Napoli alli 13 di Aprile 1571.

Di V. Sria. Illma. et Rma. humile suo seruo in Iesu Xpo.,

ALFONSO SALMERON.

Inscriptio. † All' Illmo. e Rmo. signore, il cardinal Sirleto, signor mio in Christo osser.^{mo}, in Roma.

Sigilli vestigium.

337

PATRES REMIRO ET SALMERON
PATRI FRANCISCO BORGIAE
NEAPOLI 20 APRILIS 1571 [1].

Cum sodalitas Alborum, non solum Societatis operam sibi conferri, sed aliquos e Societate eorum sodalitio inscribi postulet, quidnam ei sit respondendum exquiritur.

†
Ihs.

Muy Rdo. Padre nuestro en Christo.

Gratia et pax Christi etc.

Aquí ay una congregatión, que llaman de los blancos [2], cuyo instituto es acompañar los justitiados, y confortarlos, y hazerles dar el sacramento á su tiempo, y acompañarlos hasta que dan e espíritu, mas uan cubiertos, y también sacar algunos presos de la cárcel con limosnas, y hazer otras obras pías. Las personas que en ella están y se reciben, es de la gente más noble, qualificada y uirtuosa que se halla en Nápoles, assí en la ecclesiástica, como en la seglar. Lo que la Compañía deue á estos señores es, que ellos llamaron aquí la Compañía, y algunos dellos tuuieron el cargo de sustentarla por algunos años; y también que cada semana dan seis ó siete ducados, según lo que allegan de limosna, á la Compañía. Y si esto lo diesen de limosna de sus bolsas, no sería tanto; mas se diuiden diez dellos de dos en dos cada sábado por la ciudad, y uan á pie con sus hábitos blancos y caretas, y la mitad de lo que allegan es para nuestro collegio; y

---

[1] Ex originali, in codice *Epist. Salmer.*, 2 fol., n. 139, prius 333.

[2] De hac sodalitate saepius in his MONUMENTIS dictum est. Cf. POLANCUM, *Chron.*, III, 181, 187; VI, 257; et *Epist. P. Salmeronis*, I, 106.

después, lo que más importa, nos tienen grande amor los más dellos, y quando uen la ocasión, nos ayudan.

Lo que piden de nosotros es, que el Padre visitador les uaya á hazer exhortaciones quando le será cómmodo, y cuando él no pudiesse, yo, si me fuesse cómmodo. Y esto de muy buena gana se acceptó, uiendo la obligatión que á ellos tenemos; mas el que uino con la embaxada, entendió que nosotros acceptáuamos de entrar por confradres, presupponiendo que aquí sabíamos que ninguno puede entrar adonde se ayuntan, si no se escriuen por de su compañía, mayormente que él sabía que de los nuestros auían sido algunos desta congregatión, los quales agora no están aquí, ó no pueden attender á esto; y assí refirió que nosotros entraríamos como los otros Padres passados, y ellos se holgaron mucho. Pero al tiempo que el Padre visitador estaua para yr á hazerles una exhortatión, entendió que le hauían de hazer de la compañía dellos, y assí embió á dezir con el que le auía de lleuar, que para hazer exhortatión él yría; mas para confadre, que ni él ni yo no podíamos yr, según nuestro instituto [3]. De lo qual han quedado, según hemos entendido, muy turbados, pensando que nosotros hazemos burla ó despreciamos una congregatión tan principal, y que estamos en peligro de ganar muchos enemigos, y muy principales, y perder muchos amigos. Y assí lo que agora se pretende es, que ellos no nos escriuirán en su libro, para que nosotros seamos obligados á alguna de sus reglas ni á cosa alguna, mas solamente porque, según sus statutos, no puede entrar á sus congregaciones sino el que estuuiere allí escrito; y assí ellos nos escriuen quanto á sí por su obligatión, mas que nosotros, quanto á nosotros, no quedemos por confrades, y que solamente nos escriuen y acceptan para que podamos entrar allá sin hazer contra sus statutos; y que esto del entrar á exhortarlos ó á darles qualche consejo, que sea sin obligatión, sino que, si queremos yr de año en año, uamos, ó quando nos paresciere, y que solamente se haze esta acceptatión para que quede la puerta abierta para que nosotros podamos entrar á ayudarlos

[3] Cf. POLANCUM, *Chron.*, III, 181.

cuando quisiéremos. Lo qual hecho con estas conditiones, paresce al P. Salmerón, y al Padre visitador, y á mí, que no sería contra el intento del cap.° 3.° de la 6.ª parte [§ 4] de las constituciones, que es el que á esta cosa podría parescer algo contrario; y que quando fuesse contra este ó contra otro, sería bien dispensar esta uez, porque no passe adelante esta turbatión y daño; y si después no paresciesse conuenir, que se podría dexar con algún achaque de occupationes, con menos daño del que agora se espera no condescendiendo con estos señores. Y aun paresce que esto sería ocasión de ganar por deuotos muy íntimos de la Compañía personas de mucha qualidad, las quales son instrumentos de las obras pías más principales que se hazen en toda Nápoles. Y aun añade el P. Salmerón, que hauiéndose hecho esto aquí en tiempo de nuestros Padres Ignatio y Laynez, y sabiéndolo, no lo han reprobado.

Esto es lo que acá paresce en este caso; mas en todo nos remittimos al juizio de V. P., y lo he escrito tan menudamente, para que no haya ocasión de que se pida nueua informatión de Roma, y V. P. pueda con breuedad determinar lo que en esto haremos, porque según entiendo ay peligro que con la tardança no uaya adelante mucho la indignatión de la gente; y también creo que V. P. se holgará de saber que la persona que lleuó la embaxada, la qual se halla en muy grande afflictión por esta causa, es sin exceptión la persona á quien más deue la Compañía en Nápoles. Confío en el Señor que él y los demás quedarán muy consolados con lo que V. P. determinará, mayormente con la ayuda que en esto y lo demás esperamos de los santos sacrificios y oraciones de V. P.

De Nápoles 20 de Abril 1571.

De V. P. indigníssimo hijo y sieruo en el Señor,

ANTONIO REMIRO.

Manu propria. Padre nuestro, digo lo mismo que aquí el Padre rector escriue, y pienso que convenga en todas maneras no dexar escandalizada esta gente tan benemérita.

SALMERÓN.

Inscriptio. † Al muy Rdo. Padre nuestro en Christo, el P. Francisco de Borja, general de la [Compañía de Jesú]s en Roma. Soli.

Sigilli vestigium.

338

CARD. GULIELMO SIRLETO

NEAPOLI 8 JUNII 1571 [1].

Pro benevolentiae testimonio recenter sibi exhibito et pro libri Jansenii munere gratias agit.

†

Illmo. e Rmo. signore [2].

La settimana passata il cardinal Carafa [3] hebbe vna da V. Sria. Illma., nella quale perchè ui era vn capitolo particolare per me, S. Sria. Illma. me ne fece gratia di leggerlo: e riconoscendo per esso la tanta carità e amoreuolezza di V. Sria. Illma., et la memoria che si degna tenere d' vn suo sì picciolo seruitore, mi fanno conoscere quanto di nuouo sia più ubligato a riuerentemente amarla et osseruarla con ogni debito rispetto: e questo fauore che nella sudetta m' ha fatto, m' è stato più grato e accetto che se con molte lettere a me indrizzate visitato mi hauesse.

Era ancora accompagnata quella lettera col presente del Cornelio Jansenio sopra l' Ecclesiastico [4], il qual certo a me è stato per doi rispetti carissimo, sì perchè quello libro è molto oscuro e difficile et la uersion da greco in latino molto scorretta e vitiata; et haueua di bisogno di luce, colla quale fosse alquanto illustrata: et in uero questo autore è vn grand' huomo da bene, e dice con giuditio e cattolicamente: l' altro era per essermi mandato questo libro per mano di V. Sria. Illma., perchè mi dà vn

[1] Ex archetypo, Salmeronis manu subscripto, Romae, in Bibliotheca Vaticana, Lat., 6185, unico fol., n. 25.

[2] De cardinali Gulielmo Sirleto vide epist. 331, annot. 3.

[3] Cardinalis Antonius Caraffa, de quo vide epist. 258, annot. 2.

[4] De Cornelio Jansenio, seniore, cf. HURTER, *Nomenclator literarius recentioris theologiae catholicae*, I, 23-25. Opus, a Salmerone heic laudatum, prodiit Antuerpiae anno 1569.

nuouo gusto e contento quando lo piglio nelle mani, e mi riccordo di quello che me l' ha mandato. Intendo ch' ancor' habbi scritto certe annotationi sopra i salmi [5]; ma in questa benedetta Napoli non ui stanno altri libri che de liti et de pane lucrando. Mi farebbe gran gratia se si ricorda hauer letto tra questi moderni scrittori alcuno ch' hauessi fatto diligente et isquisita descrittione della Syria, o della Palestina, farmelo intendere [a], perchè per vn certo proposito lo leggerei volentieri.

L' Illmo. cardinal Carafa (per Dio gratia) sta assai meglio, et in fine l' aria natiua è vn grande restauratore della sanità è conseruatore della vita. Hieri S. Sria. Illma. si degnò di uenire in questo nostro collegio, et starui quasi tutto il giorno per via di ricreatione, vbi plurimus, et ille quidem perquam honorificus, de te sermo, vt alias saepe, habitus est. Et perchè questi noui e sengolari benefitii sono più che qualsiuoglia lettera, ho giudicato che per fuggire la macchia della ingratitudine ero vbligato a dargli noue e maggiori gratie con questa, con pregar il Signore conserui sempre e aumenti V. Sria. Illma. in sua santissima gratia et prottettione.

Di Napoli alli 8 di Giugno 1571.

Di V. Sria. Illma. et Rma. humile suo seruo in Iesù Xpo.,

ALFONSO SALMERON.

Inscriptio. Illmo. ac Rmo. S. R. E. cardinali Sirleto, domino meo obser.^{mo} Romam.

Sigilli vestigium.

---

[a] intere *ms.*

---

[5] De hoc opere haec citatus auctor: «*Paraphrasis et annotationes* (plane egregiae) in omnes psalmos, 1568, qui commentarius admodum commendatur.» Ibid., pag. 24.

339

CARD. ANTONIO CARAFFAE

NEAPOLI 26 JULII 1571 [1].

Epistola officiosa.—Pauca de Joanne de Austria et de itinere Borgiae in Hispaniam attinguntur.

†

Illmo. et Rmo. signore [2].

Di Roma è uenuta la inchiusa lettera per V. S. Illma., e con questa occasione ho preso cagione per salutar V. Sria. Illma. et dirgli come così del signore Vincenzo [3], come de questi altri signori ho hauuto noue della sanità et ben star di V. Sria. Illma., et quanto fresco sia questo luogo doue habita; dil che sempre mi sono consolato.

Io, non ostante il sol in lione, ho fatto vn buon progresso nella historia della passione. Qua stanno tutti aspettando la uenuta del signor Giovanni d' Austria, il qual hormai tiene tutto il mondo stracco, e gabbate tutte le spie, et come diceria vn giudeo in Roma, parlando del suo Messia che aspettaua: se questo Messia douesse uenir a passo de formica, ormai sarria arriuato; idem dici posset de illo [4].

Del nostro Padre generale et P. Polanco habbiamo noue de Bologna, come andauano sani e salui (Dio gratie) nel suo uiaggio [5], et il P. Toledo partì con il cardinale Commendone a tenirgli compagnia nella sua legatione [6].

Io con il Padre rettore e tutti li Padri di questo collegio basciamo humilmente la mano di V. Sria. Illma., qual nostro Si-

---

[1] Ex archetypo, Romae, in Bibliotheca Barberiniana, cod. LXI, n. 37, 2 fol., 150, 151, prius 806.

[2] Cf. epist. 258, annot. 2.

[3] Vide epist. 287, annot. 3.

[4] Quando haec Salmeron scribebat, ignotae ipsi fuisse videntur difficultates, quas Joannes de Austria superare debuit, ut tam diversarum nationum classes, milites, ducesque ad tam arduum bellum conjungeret, ordinaret et ad victoriam duceret. Vide epist. sequentem, annot. 3.

[5] De itinere S. Francisci Borgiae in Hispaniam cum cardinali legato, cf. ASTRAIN, loc. cit., II, 328 et seqq.

[6] Cf. SACCHINUM, loc. cit., part. III, lib. VII, nn. 4 et 5.

gnore per sua immensa bontà sempre conserui e aumenti in sua santissima gratia.

All' Illmo. signor marchese di Montebello chiego che siano humilmente date le mie raccomandationi et le bascio le mani.

Di Napoli alli 26 di Luglio 1571.

Di V. Sria. Illma. et Rma. humile suo seruo in Jesù Xpo.,

ALFONSO SALMERON.

Incriptio. † All' Illmo. et Rmo. signor, il cardinal Carafa, signor mio in Christo osser.mo a sant' Angelo.

Sigilli vestigium.

340

CARD. ANTONIO CARAFFAE

NEAPOLI 13 AUGUSTI 1571 [1].

Joannis de Austria in urbem neapolitanam adventus.—Expositio cujusdam loci sancti Pauli apostoli ad Corinthios, ubi distinctio fit inter donum linguarum et interpretationem sermonis.

†

Illmo. e Rmo. signore.

Et con la lettera di V. Sria. Illma., et con la presenza del signor D. Consalvo, et con le nove che mi ha dato del ben stare di V. Sria. Illma., et del bel fresco che possiede, et delle carezze che le fa il signor marchese [2], mi sono grandemente rallegrato, et principalmente del contento e sodisfazione che V. Sria. Illma. in questa sua assenza ha preso.

Qua, Dio grazia, tutti stiam sani, e Napoli piena di grandezze, e di livree e di galere, e questa gente non si sa satiare della vista di questo signore D. Giovanni, per essere vn molto ben disposto et aggraziato, e par che tenga vna virtù attrattiva di farsi amare [3].

---

[1] Ex transumpto, in codice *Epist. Salmer.*, I fol., n. 142. Cardinalis Caraffae responsio, hisce litteris data, infra exhibetur.

[2] Marchio de Monte Bello, Antonius Caraffa, de quo vide ALDIMARI, *Historia genealogica della famiglia Carafa*, II, 145 et seqq.; et POLANCUM, *Chron.*, VI, 106.

[3] Vide epistolam praecedentem. De adventu Joannis de Austria Neapolim haec juvat afferre ex *Histoire du cardinal de Granvelle*, pag. 467:

Io sono sempre stato ben disposto: da due o tre dì in qua mi sento vna discesa [a] nelle reni, che mi ha dato vn poco di fastidio; però spero che presto si mitigarà; nè però hamme impedito a non fare qualche progresso nella impressa cominciata [4].

Nel negozio particulare, che il signor D. Consalo [b] mi ha raggionato, servarò quella moderazione e temperamento che con il signor D. Consalo ho appuntato, et a sua bocca referirà a V. Sria.

Proposuit locum ex Paulo 2 [c]. Cor., 14 [vers. 13, 14]: «Qui loquitur lingua, oret, ut interpretetur. Nam si orem lingua, spiritus meus orat, at mens mea sine fructu est [5].» Quomodo potest spiritus orare, et tamen mens esse sine vllo fructu, cum ipsa oratio spiritus maximus sit fructus? Respondeo, Paulum hic non loqui simpliciter de fructu, quem quisque in se ipso edit, sed de fructu, quem in proximis operamur; quod praecedentia satis indicant, cum ait: «Sic et vos, quoniam simulatores estis spiritus, ad aedificationem ecclesiae quaerite, ut abundetis.» Ecce fructum: ita loqui, ut aedifices ecclesiam. Inferiora etiàm idem demonstrant; nam cum subjunxit: «Caeterum, si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotae, quomodo dicet, Amen, super benedictionem tuam, quandoquidem [d] quod dicas nescit? Nam tu

[a] discessa *ms.* —[b] *Obscure notatum.* —[c] *Sic ms., sed lege* 1. — [d] quoniam *Vulgata editio.*

«Dans cette circonstance fâcheuse, le Duc d'Alcala, Viceroi de Naples, y mourut au mois d'Avril. Philippe nomma le Cardinal de Granvelle à cette Viceroyauté; il lui ordonna de s'y rendre promptement, pour presser l'armement de la flotte, et pour veiller à la sûreté des côtes; en même temps le Pape le nomma Légat Apostolique, pour conférer solemnellement le bâton de Généralissime à Dom Jean d'Autriche, et pour l'installer dans ses fonctions. Don Jean ne partit de Barcelonne qu'au mois de Juillet, et il arriva a Naples le 8 du mois d'Août. Granvelle qui aimoit toutes les actions d'éclat, le reçut avec la plus grande magnificence. Le cérémonie de l'installation se fit dans l'Eglise Métropolitaine. Granvelle harangua en Prélat zélé pour la Religion, et en homme qui se piquoit d'avoir l'ame martiale; les troupes donnèrent les plus grandes marques de bonne volonté, et toute la ville implora le secours du Dieu des armées d'une manière édifiante.»

[4] In opere scilicet suorum commentariorum in sacram scripturam.

[5] Conferantur ejusdem Salmeronis commentarii in epistolam 1.am S. Pauli ad Corinthios, disp. XXII, in volumine XIV operum ejusdem.

quidem gratias [e] agis, sed alter non aedificatur», hoc est, ex hujusmodi dono linguarum auditor nullum reportat lucrum, nihilque a te juvatur, etsi ipse maximum fructum in se ipso faciat, et intelligat quae loquitur. Hinc Oecumenius, hunc ipsum locum interpretans, ait: «At mens mea sine fructu est, hoc est, non accepit fructum ab auditoribus collectum, vel tanquam ex vindemia congregatum. Hunc non sibi lucrifecit mens ejus, qui loquitur, non fruita est tali fructu, desolata apparuit fructu, sine fructu est.» Hoc ille. Quod autem in principio cap. Apostolus ait: «nam qui [f] loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: nullus enim audit»: illud «nullus audit» perinde est ac si dixisset, nullus intelligit: nam alioqui, altero loquente, necesse est ut alter audiat, sed non est necesse ut intelligat. Quod vero illud sit audire, subjuncta demonstrant, cum de prophetante scribit: «Qui autem [g] prophetat, hominibus loquitur ad edificationem, et exhortationem, et consolationem.» Nemo autem potest aut edificare, aut exhortari, aut consolari, nisi intelligat quae ab eo audierit.

Et haec raptim ad loci propositi expositionem.

Non occorre altro da scrivere a V. Sria. Illma., la quale con tutta la sua famiglia Iddio conservi et aumenti in sua santa grazia. Il signore D. Consalo refirirà il tutto a S. Sria. Illma.

Da Napoli alli 13 di Agosto 1571.

Di V. Sria. Illma. et Rma. humile servo in Jesù Christo,

ALFONSO SALMERON.

340 [a]

CARD. ANTONIUS CARAFFA
PATRI ALPHONSO SALMERONI
EX OPPIDO S. ANGELI 21 AUGUSTI 1571 [1].

Gratias agit pro officio, et obortam sibi difficultatem circa interpretationem Salmeronis, in praecedenti epistola traditam, exponit.

Admodum Reverendo Patri Alfonso Salmeroni.—Antonius cardinalis Carrafa S. D.

---

[e] bene gratias *Vulg.* —[f] Qui enim *Vulg.* —[g] Nam qui *Vulg.*

---

[1] Ex apographo non coaevo, in codice *Epist. Salmer.*, 2 fol., n. 143.

Litterae tuae summam mihi jucunditatem attulerunt, ex quibus te ab illa renum molestia liberatum esse comperi, nec coeptum laborem interruptum; optima valetudine te posthac fruiturum confido; Deus namque opus suum fouebit.

Gratum etiam admodum mihi fuit omnium [a], quae superioribus diebus isthic acciderunt, certiorem esse factum, simul ac elegantia et suavissimis moribus illius principis magnopere gavisus sum.

Quod illius nostri negotii tractationem in commodius tempus distuleris, sicut D. Consalvus mihi retulit, vehementer consilium tuum probo, ne illius inurbanitatem et intemperiem illustrem facerem, et aliquid satisfactio levitatis habere videretur.

Quae super decimumquartum caput prioris [b] Epist. ad Corint. scripsisti, ob acceptum mea causa laborem humanitati tuae, vel in primis gratias ago. Tu me sacrarum literarum cognitione tua vbertate ditescere nunquam desinis, quas utinam tibi, ut debeo, referre aliquando possim. Sed jam profecto laborum tuorum omnium cumulatissimum fructum a Deo omnium bonorum largitore percipere incipis, cum divinarum rerum cognitione ad Creatoris contemplationem, sicuti est, jamdudum affectes viam, semper enim secus pedes Domini stas, verbumque illius audis dulcissimum [1]. Vnde mundi hujus figurae contemptus mirificam tibi tranquillitatem parit, quod vnum tibi in tantis spiritus pignoribus vel maxime invideo.

Locum illum a te doctissime, ut tua sunt omnia, enucleatum video. Sed huc vsque scrupulus mihi restat, quem ex mente mea ab humanitate tua removeri cupio. Nam quomodo fieri potest, ut, qui donum lin-

---

[a] Omnium oũm. *ms.* —[b] secundae *ms.*

Respondet praecedenti Salmeronis epistolae. Cum exemplo in Salmeronis operum tomo XVI, 470, edito, paucis demptis, concordat. Non idem dicendum est de nonnullis aliis litteris infra exhibendis, in quibus aliqua interdum in nostro apographo apparent, quae in exemplo typis edito vel desunt, vel ab editore operum Salmeronis omissa sunt, prout videre est in post scripto epistolae 342. Paucas igitur, quae inter nostrum apographum et exemplum editum habentur, discrepantias suo loco notabimus. Editor autem harum litterarum haec in praefatione iisdem praefixa, pag. 469, ait: «Inter Salmeronis scripta permultas invenimus, vel illustrium virorum ad illum epistolas gravissimis de rebus ipsum interrogantium, vel ipsius ad illos propositos nodos dissolventis, atque implexas quaestiones explicantis. Ex hisce epistolis paucas in lucem damus, quas tibi et gratas et non inutiles fore existimamus...» Vide insuper dicta in hujus voluminis praefatione.

[1] Luc., VII, 38; X, 39.

guarum adsequutus sit, illas auditoribus nequeat explicare? Te enim profecto graeca et hebraica lingua praeditum esse nemo credet, nisi quibus volueris valeas exponere, neque dici arbitror posse eum, qui tam inanem vocem profert, linguarum donum possidere: tamen eum, qui donum linguarum sine auditoris profectu habet, tibiae, inanem [c] sonitum danti, Apostolus comparat, subdens: «Si ego nesciero virtutem vocis, ero ei, cui loquor, barbarus [3]», et reliqua. Vnde donum linguarum ab illarum cognitione separari non posse judico. Quod si ita est, hujusmodi locus qua ratione consistat cum sequentibus: «Et ideo, qui loquitur lingua, oret ut interpretetur [4]», adhuc non video: hac me sollicitudine, quae tua est humanitas, obsecro liberes. Quod si haec mea epistola minus elegans aut incultior visa fuerit illa, quam ex Gallia tibi missa, mihi superioribus diebus demostrasti, erit saltem candidiori papyro, et meliusculis, ut credo, characteribus exarata.

Nos in hisce partibus, Dei beneficio, adhuc valemus. Itaque horum dierum assidua pluvia non modo aestivum calorem amissimus, sed in hyemis frigus incidimus.

Vale, et me tuis fratrumque omnium collegii tui precibus commendo, quos meo nomine humanissime salutes velim.

Ex oppido S. Angeli, 12 kalendas Septembris 1571.

341

CARD. ANTONIO CARAFFAE

NEAPOLI 24 AUGUSTI 1571 [1].

De quodam negotio sibi commendato.—Joannis de Austria in Siciliam profectio.—Difficultatem in superiori epistola sibi objectam solvit.

Illme. ac Rme. domine.

Elegantes sane humanitatisque tuae ac benevolentiae plenas, atque adeo perelegantibus characteribus scriptas, mundaque ac nitida exaratas papyro, Illmae. Dominationis Tuae litteras accepi; ut plane nihil sit opus in re tam manifesta amplissimum illum

[c] innanem *ms.*

[3] I Cor., XIV, 11. [4] I Cor., XIV, 13.

[1] Ex transumpto, in codice *Epist. Salmer.*, 3 fol., n. 144. Vide annot. 1 epistolae praecedentis. Idem heic animadvertendum habemus, edita quippe est etiam haec epistola in tomo XVI operum Salmeronis, pag. 471. In exemplo typis edito desiderantur dies, mensis et annus, quae quidem in codice Salmeronis habentur.

ac opulentissimum cardinalem cum harum scriptore decertare. Omnia enim tam culta erant, elaborata atque perpolita, mihi ut ad respondendum multum facesserint negotii, serioque aliquid cogitandum esse necessario duxerim. Verum vtcunque rescedat, me abs te vinci, non solum non molestum, sed gratum etiam et jucundum, adde etiam gloriosum duco.

Nudius tertius occurri illi bono viro, cumque coepissem cum eo inire sermonem, novo adventu cujusdam proceris, ac primarii viri interpellatus sum. Coepi apud me cogitare consilio Dei id evenisse, ne sermo cum eo vltra progrederetur meus, quod aliis viis ac rationibus, nobis non satis cognitis aut praemeditatis, noverit Deus falsos, qui malitiose aut imprudenter a quibusdam sparguntur, rumores extinguere. Quare divinae providentiae impedimentum illud non dubitavi adscribere. Quia mendacia atque obtrectationes ejus sunt ingenii, ut per se facile ruant, ac concidant nulla nostra opera aut diligentia. Haec Moses filiis Israël, de Aegypto eductis, recte suadebat. «Vos tacebitis, inquit, et Deus pugnabit pro vobis [2]:» quo minus enim nos ipsos tuemur, eo magis a Deo protegimur; atque ita fit, ut sagittae parvulorum fiant plagae adversariorum [3].

Ego, etsi nonnihil sim, Dei beneficio, a renum dolore, quo his diebus laborabam, sublevatus, adhuc tamen cum reliquiis ejus aliquantulum conflictor. Illae tamen a consueto et justo abore, in quo versor, me avocare nequaquam possunt. Semper mihi negotium est in explicanda acerbissima ac foedissima servatoris nostri Christi domini nece, quam fortasis, cum fueris reversus, si non plane, at prope expeditam invenies. Magnus ille romanus Gregorius, ut tute probe nosti, dum libros Job explanandos susciperet, magno se sthomachi dolore ac corporis totius debilitate afflictum testatur, quo (ut ejus verbis vtar) flagellati Jobis mentem melius per flagella sentiret [4]. Utinam tale aliquid

[2] «Dominus pugnabit pro vobis, et vos tacebitis.» EXOD., XIV, 14.

[3] «Sagittae parvulorum factae sunt plagae eorum.» PS. LXIII, 8.

[4] «Et fortasse hoc diuinae prouidentiae consilium fuit, vt percussum Iob percussus exponerem: et flagellati mentem melius per flagella sentirem.» *Ad Leandrum episcopum, in expositione libri beati Iob, epistola*, cap. IV, apud *Divi Gregorii papae... opera*, vol. I. Parisiis, MDLI.

mihi sentire liceret, ut Christi flagellati virique dolorum, ac scientis infirmitatem [5] verba ac sententias tantillo hoc dolore corporis afflictus persentiscerem.

Caeterum vehementer gratulor Illmae. Dominationi tuae, quod locum ad arcendos aliquo modo ac declinandos hujusce temporis aestus aptum appositumque invenerit. Nos certe, etsi nonnihil de aestu isto per pluvias hisce diebus crebriores sit remissum, adhuc tamen cum solis ardoribus, matutino exceptis et vespertino tempore, decertamus.

Dominus Joannes austriacus ante triduum navigationem Messanam versus instituit [6], a nobisque discessit, magno sui apud omnes desiderio relicto, atque hactenus quidem prospero vento vsus est, putamusque illum jam eo pervenisse, quo cogitabat. Proxime consequentur triremes neapolitanae numero 30, et navium multarum apparatus, quae milites bellicaque instrumenta instructissimamque armorum supellectilem secum advehunt. Quo tendat tanti belli significatio et apparatio, non satis omnibus est compertum. Res ista brevi se prodet, ac nos divinandi sollicitudine liberabit. Sed ridebis fortasse quod hoc ad te, de his per multos magnos viros certiorem factum, ego scribam, qui vix cubiculi mei angustias, ut scis, egredi soleo.

Venio ad locum Pauli ad corinthios, quem a me exponi postulas, et qui magis in cella cogitando, quam in plateis versando intelligi potest. Scribis reliqua omnia tibi esse indubitata; tamen te vnum scrupulum versare, qua scilicet ratione fiat, ut is dicatur consequtus donum linguarum, illas tamen aliis explicare non valeat, cum apud nos ille dicatur aut hebraeam, aut graecam et latinam linguas callere, qui eas aliis tradere noverit.

Hic scrupulus facile eximitur, si accipiamus ex Paulo, non eodem modo dici aliquem habere donum linguarum, qua ratione apud nos dicitur aliquis nosse linguas. Non dubium est enim

[5] Isai., LIII, 3.

[6] Die 20 Augusti e neapolitano portu solvit classis, qua Joannes de Austria vehebatur, et 2; ejusdem mensis Messanam attigit, ubi foederatorum naves illum exspectabant. Giannone, loc. cit., X, 234; *Histoire du cardinal de Granvelle*, pag. 468.

Paulum constituere tamquam duo dona distinta donum linguarum et interpretationem sermonum. Ait siquidem I. Cor. 12, [vers. 28], «Et quosdam possuit in Ecclesia, primum apostolos, 2.° prophetas», et infra «gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum», et infra: «numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur?». Et 1.ª ad Cor., 14, [vers. 13]: «Qui loquitur lingua, oret ut interpretetur»; nam, etsi simul esse possint, non tamen necessario sunt conjuncta. Nam potest quis donum linguarum potiri absque interpretatione sermonum, ut docet Apostolus, potest et aliquis interpretari sermones divinos, qui tamen liguarum, quibus scripti sunt, penitus sit ignarus. Nam cum eunuchus ille Candacis reginae aethiopum legeret Isaiam in curru, noverat quidem linguam, et interpretationem ignorabat, ac, in quem illa verba quadrarent, minime intelligebat: ut dixit Philippo [7]. Ita etiam multi ex nostris noverunt quidem linguam latinam, in qua sacra scripta sunt Biblia; verum earum sensus et interpretationes neque sibi, neque aliis valent porrigere, quod aliud sit nosse linguam, aliud interpretari misteria in verbis illius linguae inclusa. Multos praeterea linguarum trium peritissimos nostro saeculo uidimus, qui in scriptura exponenda falsos haereticosque sensus protulerunt, quod destituti essent illo dono, qui dicitur interpretatio sermonum, siue prophetia. Vnde pro eodem accipitur interpretari sermones, et prophetare: nec enim quaevis interpretatio sermonum facit prophetam, aut habere interpretationis donum, secundum illud: «Major est qui prophetat, quam qui loquitur lingua [a], nisi forte interpretaretur [b], vt Ecclesia aedificationem accipiat [8].» Et superius: «Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad aedificationem, et exhortationem, et consolationem [9]»; hi autem sunt qui obscuros ac difficiles scripturae locos ad aedificationem fidei, vel consolationem futurorum, vel exhortationem morum edisserunt atque explicant. Similiter, qui loquitur lingua non est omnino rudis et ignarus linguae, in qua loquitur: alioquin quomodo diceret Aposto-

[a] linguis *Vulg. hic et infra.* —[b] interpretetur *Vulg.*

[7] ACT., VIII, 27 et seqq. [8] I COR., XIV, 5. [9] Ibid., vers. 3.

lus: «Qui loquitur lingua semetipsum aedificat; qui autem prophetat, ecclesiam aedificat [10]. Et rursus: «major est qui prophetat, quam qui loquitur lingua, nisi forte interpretetur, ut ecclesia aedificationem accipiat [11].» Et ut exemplo aliquo rem illustrem ac perspicuam reddam; magnum ecclesiae lumen, Hieronymus, videtur vtroque dono cumulatus fuisse; nam et linguarum multarum peritiam possidebat, et eas scienter ac docte enucleare, et ad aedificationem explicare noverat: ut constat ex ejus in prophetas commentariis. Quare si diligenter attendamus, vtrumque donum in scripturis explicandis necessarium est; sed illud linguarum, quod in sonitu verborum consistit, et propria tantum intelligentia, minus est interpretatione sermonum, quae ecclesiam aedificat, et consolatur.

Haec mihi occurrebant. An apte dicta sint, tuae prudentiae judicandum relinquo: meque cum toto hoc collegio, quod tibi, et merito quidem, est devinctissimum, Illmae. Dominationis tuae precationibus majorem in modum commendo. Illmum. marchionem meis verbis salutatum vehementer cupio. Vale, Illme. Domine.

Neapoli, die glorioso apostolo Bartholomaeo dicato anno 1571.

Illmae. ac Rmae. Dominationis tuae humilimus in X.to servus, tibi addictissimus,

ALFONSUS SALMERON.

341 a

CARD. ANTONIUS CARAFFA

PATRI ALPHONSO SALMERONI

EX OPPIDO S. ANGELI 2 SEPTEMBRIS 1571 [1].

Gratum se de officio praestito exhibet.— Ut valetudini consulat, eum rogat. Difficultatem in superiori epistola propositam urget.

Admodum Reverende Pater.

---

[10] Ibid., vers. 4.

[11] Ibid., vers. 5.

[1] Ex transumpto, in codice *Epist. Salmer.*, 2 fol., n. 145. Edita est in tomo XVI operum Salmeronis, pag. 473. Vide epist. 340a, annot. 1.

Eo me tuarum litterarum [2] suavitas et elegantia redigit, ut tibi hoc maxime tempore, gravissimis studiorum occupationibus distento, minime parendum putem. Quo saepius eas perlego, eo semper doctior hilariorque discedo: quorum alterum sibi totum prudentia tua et doctrina vendicat, perficit alterum vrbanitate atque lepore, cujus si particulam amori in te nostro condonare volueris, accipiam equidem libentissime, in quo me abs te vinci nunquam patiar; in reliquis erit non difficile me ipsum, qui praestantissimos quosque longe antecellis.

De impostore illo quod scribis, te non longius procesisse, mihi gratum vehementer fuit, tibique assentior maxime, qui Dei hoc benignitate acceptum iri vis. Sed nos, in Dei militia tirunculi, levibus illis in nos jactatis telis paululum commoti initio fuimus; neque in illa Apostoli doctrina adhuc confirmati eramus, qui nos «per infamiam et bonam famam, ut seductores, et veraces [3]», exemplo suo militare jubet.

De prope jam confirmata valetudine tua tibi magnopere gratulor, ne tamen ejus assiduis tuis laboribus vigiliisque periculum saepius facias, summe tibi cavendum erit; sed tibi aliquantulum parce, diuturnosque susceptos labores respice; magnum enim opus et graue complexus es [4], quod tu profecto citius absolves atque commodius, si brevi tibi aliqua intermissiuncula vtendum censebis. Cum vero nullum remittas tempus, inde fatigatus hujusmodi cursus majorem, quod minime vellem, interruptionem minitatur. Licet enim animi vires tui ab ipsa, quam tractas, re novum quotidie incrementum sumant, vix tamen fractum corpus adeo grave onus sustinere posse video, nam thesaurum quidem habes, sed illum vase fictili contineri memineris [5]. Nec vero te hisce renum doloribus arbitror indiguisse, quo facilius, ut asseris, Christi Salvatoris nostri crucem sentires, cum jam inde ab ineunte aetate animo tuo illam conceperis, postquam religionis suavissimo jugo alacri animo cervicem submisisti, Christo confixus cruci, non amplius tibi vivens, sed ei, qui pro nobis mortuus est et resurrexit [6].

Novis rebus, quas ad me scripsisti, magnopere delectatus sum: nec tam ipsis, quam a te scriptis; erant enim valde stylo perpolitae, et elo-

---

[2] Vide epistolam praecedentem, ad quam haec referuntur.

[3] 2 Cor., VI, 8.

[4] Haec de opere commentariorum sacrae scripturae, quibus operam Salmeron navabat, intellige.

[5] 2 Cor., IV, 7.

[6] Galat., II, 19, 20.

quentiae sapore conditae: auget praeterea jucunditatem solitudo haec et quies, καὶ ὑπὸ στέγῃ πυκνῆς ἀκοῦσαι ψακάδος εὐδούσῃ φρενί [7] [a].

Locum Pauli mira eruditione et plena manu explanatum accepi, non equidem praeter opinionem meam. Sed adhuc me vrget scrupulus, quem mihi non doctrinae tuae obscuritas, sunt enim omnia tua perplana et expedita, sed ingenii mei ruditas injecit. Caput enim totius tuae explicationis est, eum, qui donum linguarum habet, nosse quidem linguam illam, verum mysteria in ea contenta non callere, exemplo illorum, qui linguae latinae peritissimi sunt, nec tamen Bibliae mysteria norunt, quos semetipsos, non ecclesiam aedificare asseris. Cupio igitur ab humanitate tua scire, qua ratione fieri potest, ut, qui linguam novit et mysteria nescit, se ipsum possit aedificare, nam Bibliae lectione, qui ejus mysteria non noverit, non modo non alios, sed nec se ipsum aedificabit; si vero noverit, et se ipsum et alios aedificabit. Inanes linguae voces non aedificant, nec dici poterit, quod tu etiam attingis, eum, qui donum linguae habet, aliquid pro aedificatione ipsius tantum scire, et non ecclesiae, illud ipsum, quod sibi scierit, linguam callens, imo aliorum aedificatione profecto explicare poterit. Haec ad te scripsi, non ignarus tibi jamdiu comperta esse ista omnia, earumque explicatione delectari, qui tuus est in me amor singularis.

De reditu jam cogitamus, nec nos tam tempus ipsum allicit, quantum ad quem cum suavissima consuetudo, tum doctrinae fructus vberrimus jam dudum vocat. Accedit etiam desiderium incredibile operis tui incrementum videndi, necem potissimum Salvatoris nostri cum tractes, ex qua in nos aliqua non mediocris redundabit vtilitas.

Marchio noster salutem tibi cumulate impertit. Deus tuum desiderium totiusque collegii tui secundum divitias suas adimpleat. Vale, nostrique semper in precationibus tuis memineris.

Ex oppido S. Angeli, postridie Kal. Septembris 1571.

Admodum R. P. V. uti filius obsequentissimus.

---

[a] *Perperam a librario hoc proverbium transcriptum est in hunc modum:* καὶ υπω στεγε πυκνας ακουσαι ψακαδος ενδουση φρενι.

---

[7] Hoc proverbium depromptum est ex Sophocle, fragm. 563.

342

CARD ANTONIO CARAFFAE

NEAPOLI 8 SEPTEMBRIS 1571 [1].

Cardinalis dubia in sacram scripturam Salmeronem ad eam penitius perscrutandam permovent. — Virum quemdam de quodam cardinali non recte sentientem admonet. — Valetudinis curam ex Caraffae consilio habere nititur; laboris tamen amor eum ad sua commentaria scribenda urget. — Locum divi Pauli exponit, et difficultatem sibi objectam dissolvit.

Illme. et Rme. domine.

Quamprimum litteras tuas suavissimas accepi, illa subiit animum cogitatio, meum dominum Jesum in tenella illa ac puerili aetate inventum fuisse a parentibus in templo in medio doctorum, audientem illos, atque interrogantem, suoque [a] eos auditu atque interrogationibus, eruditionis ac succi plenissimis, modeste, summaque cum eorum voluptate instituentem apte, atque erudientem [2]. Profecto, amplissime cardinalis, tuae modestissimae interrogationes acutae, solidae existunt ac graves, ut me ad majores in dies progressus in sacris scripturis plenius ac luculentius intelligendis faciendos vehementer permoveant, mihique stimulos addant acriores.

Missam interim facio mundam, latinam ac tersam dictionem orationemque splendidam, omnisque fuci expertem atque significantem, quam mihi adhibere tuis interrogationibus visus es. Haec sane me tacite admonere videntur, ut in respondendo, non tantum rationem habeam ejus, quam debeo tuo amplissimo gradui, cum summa prudentia atque spectata virtute conjuncto, observantiae; sed etiam perspicacis tuae doctrinae, quam percunctando prodis, cultusque atque candoris sermonis, quo me affari voluisti.

---

[a] suosque *ms.; sed error est manifestus, et in exemplo typis edito emendatus.*

---

[1] Ex transumpto, in codice *Epist. Salmer.*, 4 fol., n. 146. Edita est etiam in volumine XVI operum Salmeronis, pagg. 474-477; sed ibi postscriptum desideratur. Vide epist. 340[a], annot. 1.

[2] Luc., II, 46.

Paulo antequam tuas acciperem, honestissima mihi sese obtulit occasio virum illum conveniendi, quem a me volebas superioribus litteris blande et amice admoneri, quod liberius fortasse, ac minus quam debebat, honorifice de amplissimo illo cardinali, quem tu probe nosti, locutus fuisset [3]. Caeterum non poterat major aut temporis aut loci opportunitas desiderari. Venerat ille in cubiculum meum mei gratia invisendi; ibi, captata per me ansa, locus datus est libere inter nos colloquendi, atque, ut paucis multa complectar, plurimus, et is quidem perquam honorificus, de illo magno viro sermo habitus est, illeque non nisi praeclare ac magnifice de ejus amplitudine sentire visus est, tametsi nonnihil mussitare videretur, illum minus gratia et auctoritate valere apud pontificem maximum. Caetera omnia cum honorificentia ejus, bonique nominis opinione, cohaerebant. Ego, nactus opportunitatem, quam expectabam, ad id, quod objiciebat, non putavi magnopere referre, ut responderem; tantum contentus causas discessus ejus ab hac vrbe atque consilia aperire, nec ille quicquam reluctari visus est.

Quod autem me serio de studiorum meorum intermissione atque moderatione admonendum duxisti, quoniam ex charitate erga me tua singularique benevolentia profectum est, quas possum cumulatissimas tibi gratias ago. Certe ea ipsa die, qua has ad te dedi, ab omni alio graviori studio feriatus sum; ut intelligas quanti sint ponderis atque momenti apud me saluberrima monita tua atque praecepta. Quamquam, ne quid dissimulem, agnosco vim aliquam mihi ipsi esse inferendam, ut hoc praestare valeam; tanto enim ardore ad suscepti muneris metam perveniendi incendor, ut omnis, vel minimi temporis, jactura negotium mihi facessat, scrupulumque non mediocrem mihi ingerat, quoniam, ut ille inquit: «Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus [4].»

Patres, qui penes me sunt, idem pro sua caritate vrgent, moderationemque aliquam ac remissionem meis studiorum labori-

---

[3] Vide epistolas superiores.

[4] VIRGILII *Georg.*, lib. III, vers. 284.

bus interponi vellent; nec tam rudis atque ignarus sum ego, ut non intelligam illos prudenter me exhortari. Sed hoc ita natura comparatum est, ut qui aliis recta consilia dare valemus, nobis tamen ipsis consulere, aut nesciamus, aut aegre patiamur.

Ante paucos dies rumor sparsus est dominum abbatem Portium ad munus latine conscribendi litteras apostolicas, quae «brevia» nuncupantur, a pontifice designatum fuisse atque assumptum [5]. Gavisus sum communem amicum ad illum gradum evectum, ne Romae semper nihil agere, aut otiari videretur. Etsi autem plurimam in eo agnoverim eruditionis suppellectilem, litterarumque tam humanarum quam divinarum cognitionem, mihi tamen satis exploratum non est, quantum ille aut dicendi, aut scribendi facultate valeat. Munus quippe hujusmodi susceptum exercitationem magnam in hac arte exigere videtur. Verum dubitare non possum, quin ille, si minus forte exercitatus existat, facillimo negotio hujusmodi orationis facultatem brevi sit comparaturus, cum et praeclaro praeditus ingenio, et linguarum cognitione cumulatus existat.

Num Illmus. cardinalis Sirletus [6] ad te aliquid scripserit, ex quo abesse coepisti a nobis, et an aliquid responsi dederit ad propositam ex libro Judith quaestionem, magnopere cupio intelligere.

Sed jam ad Pauli locum revertor. Illud tantum a me explicari postulas, qua ratione is, qui donum linguarum habet, atque illa mysteria, quae illo continentur, minime intelligat, se ipsum valeat aedificare. Si vero mysteria, quae delitescunt, assequatur, ac se ipsum aedificare possit, quid impedit quominus ecclesiam aedificare valeat: nec enim, ut recte ais, inanes linguae voces quemquam aedificare possunt, nisi adsit vis intelligendi.

Huic acutae sane dubitationi puto me prioribus iis aliquid respondisse. Sed id nunc, postquam ita vis, vberius praestabo. Posset fortasse aliquis existimare hanc loquendi rationem, nimirum

---

[5] De officio «Abbreviatoris» cf. MORONI, *Dizionario di erudizione ecclesiastica*, I, 16-18. De abbate Portio vide epist. 349.

[6] De cardinali Sirleto vide epist. 331, annot. 3.

aedificandi se ipsum, non esse illi absimilem, qua Paulus utitur ad philippenses: «Omnes, quae sua sunt, quaerunt [7]», ut perinde sit aedificare se ipsum, ac quaerere quod suum est: at quaerere quod suum est, nihil aliud est, quam in suum compendium ac lucrum, vel in gloriam ac praeclaram sui nominis famam incumbere. Nam qui linguarum dono, sine ecclesiae aedificatione ad ostentationem vtebantur, se ipsos praedicare, et non Christum, suamque potius gloriam, quam aliorum aedificationem ac consolationem quaerere videbantur. Quod si hoc sit aedificare se ipsum, planus erit sensus. Qui loquitur lingua, seipsum aedificat (id est) suae tantum gloriae atque vtilitati studet; qui vero interpretatur, ecclesiam aedificat, quam prophetandi [b] munere in fide illustrat, mysteriorumque explicatione consolatur, et exhortatione ad studium bonorum operum incendit. Verum hic sensus meo judicio nequit consistere. Nam quae sua sunt quaerentes, quoniam ab Apostolo distinguntur contra eos, qui quaerunt quae sunt Jesu Christi, necessario in malam partem accipiendi sunt: at hic aedificare se ipsum non opponitur, tanquam extremum aliquod vitiosum, studio aedificandae ecclesiae; sed haec duo tanquam majus bonum et minus bonum opponuntur, donum siquidem linguarum, cum ex Deo sit, et ex suo genere non inhonestum, sed officiosum potius atque studiosum, si quis eo legitime vtatur, inter bona Dei dona computandum venit. At prophetia, sive donum interpretationis sermonum, majus est bonum et priori praestantius; ut Apostolus hoc loco, illa inter se componens, aperte testatur. Nam hoc secundum prius continet, et adjungit praeterea gratiam interpretandi ea, quae latitant in linguis, mysteria ad audientes aedificandos.

Cum igitur haec solutio minus ad rem faciat, et constare non possit, dicendum est: Eum, qui donum habeat linguarum, propterea dicitur se ipsum aedificare, quod vim verborum, et mysteria, quae loquitur, omnino intellectu assequatur; at vero quod ea, quae ipse intelligit, nequeat aliis communicare, et ad eorum

[b] profetandi *ms.*

[7] PHILIP., II, 21.

aedificationem proponere, non aliunde oritur, quam quod interpretandi dono sit destitutus. Nonnullos quippe reperire licet, qui et acute quaedam excogitant, et sapienter multa intelligunt, qui tamen animi sui sensus et cogitationes nequeant expromere, sive quod linguae impedimentum habeant aliquod, sive quod in dicendi facultate minime sint exercitati, ut perinde sit illos dicere, quoniam dure admodum, et inconcinne loquuntur, ac si prorsus linguae vsu essent destituti. Hoc autem ita se habere ex ipsis Pauli verbis elicimus, qui distinctam plane esse vult interpretandi gratiam a dono linguarum, atque hoc habentem tantum posse se ipsum aedificare, non alios; illo vero exornatos posse et se ipsos et alios aedificare. Quare recte exhortatus est, ut, qui loquitur lingua, oret, ut interpretetur. Ex quo colligimus eum, qui quovis modo explicare noscit, illaque tradere, atque in aliorum mentes transfundere, non jam simplici linguarum gratia, sed etiam interpretandi instructum existere. Et confirmatur hic sensus: nam linguas habens, se ipsum aedificare in eo ostendit, quod ait, vtentem linguis Deo loqui, quod est orare, ac Deo in spiritu benedicere illique pro acceptis beneficiis gratias agere; at preces fundere ad Deum, illique benedicere, ac gratias agere, neque sine intellectu, neque sine fructu fieri contingit, si, uti decet, fiat. Atque in hunc modum, qui loquitur lingua, semetipsum aedificat, quamquam mysteria, quae per linguas novit, interpretari ad alios aedificandos minime noverit.

Hoc ipsum etiam veteres Pauli interpretes mihi non obscure indicare videntur, praesertim vero ex nostris Ambrosius, ex graecis Oecumenius. Prior quidem in praedicta Apostoli verba in hunc modum scribit: «Qui loquitur lingua se ipsum aedificat. Qui autem prophetat, ecclesiam aedificat. Per id enim, quod forte solus scit quod loquitur, se solum aedificat; nam, qui prophetat, omnem plebem aedificat, dum intelligitur ab omnibus quid loquatur.» Posterior vero, Oecumenius, in eadem verba ita habet: «De his loquitur, qui noverunt quidem ea, quae loquuntur, sed aliis interpretari non noverunt. Qui vero prophetat, ecclesiam aedificat. Quantum ergo discrimen est ejus, quod est vni adferre vtilitatem, ab eo, quod est ecclesiae illam afferre

tantum discrimen est linguarum a prophetia.» Haec ille, quae ex Chrysostomi officina deprompsisse videtur, illud idem asserentis. Ex quibus perspicuum redditur linguarum cognitione conspicuum aliquem esse posse, atque eorum, quae dicit, minime ignarum, explicandi tamen atque interpretandi facultatem nequaquam esse consecutum. Haec si tuae prudentiae loco proposito explanando apta appositaque videbuntur, magna voluptate me afficient; sin minus, aut rei ipsius difficultati, aut potius nostrae imbecillitati adscribere, ne dubita.

Si tam cito ad nos, ut tuis indicas, rediturus es, coram fusius [c] ac plenius de his atque aliis, si videbitur, licebit inter nos agitare. Nam ut ex mutua ferri cum silice collisione [d] ignis scintilla prodire solet, ita ex mutua disceptatione, ac veluti dimicatione, consuevit veritas splendescere.

Vale Illme. domine, meque tuae salutis in Christo, et nominis quam maxime studiosum, ut in sanctissimis precibus commendatum assiduo habeas, etiam atque etiam rogo.

Neapoli, die B. Mariae virginis nativitati [sacro], anno 1571.

Vererer sane inurbani, et parum civilis hominis notam subire, qui tantillus ad te tantum in ecclesia Dei virum et ad me propria manu scribentem, non nisi aliena respondeam, nisi me formandi elegantes ac pulchros caracteres beneficio destitutum prorsus agnoscerem, et ego hujusmodi scriptione mea magis te offendere, quam amanuensis opera existimarem.

342 [a]

CARD. ANTONIUS CARAFFA
PATRI ALPHONSO SALMERONI
EX OPPIDO S. ANGELI 14 SEPTEMBRIS 1571 [1].

Grates pro suae difficultatis solutione Salmeroni agit, eumque propediem se invisurum sperat.

Admodum R. P. Alfonso Salmeron, Ant. Card.[a] Carrafa S.

Litterae tuae tardius, incuria meorum, mihi quam spectabam reddi-

---

[c] fussius *ms.* —[d] collissione *ms.*

---

[1] Ex transumpto, in codice *Epist. Salmer.*, unico fol., n. 147. Edita non fuit haec epistola in volumine XVI operum Salmeronis.

tae, magna me sollicitudine levarunt, qua ex eo angebar, quod tibi non perbelle esse suspicabar. Videbam enim te alia occupatione distineri vix posse. Nunc vero, lecta tua epistola, gaudio exulto, quod et ita, Dei benignitate, ut volo, es, et Pauli loco cumulatissime meum explesti animum. Tu profecto nostrum in te amorem novis quotidie accessionibus auges, propter quas nullas a me tibi alias referre gratias posse existimo, quam quod res tuae omnes tanto apud me in honore et dignitate sunt, quantum singularis sapientia tua jure postulat.

Breviores ad te litteras mitto, quod propediem te revisam: erit id mihi in maximis meis optatissimisque rebus.

Vale, meque ita tuis collegiique praecationibus cupio esse praesentem, atque [a] os tuum totiusque Societatis vestrae mihi ante aculos versari solet, cum de aliquo officio ac laude cogito.

Ex oppido S. Angeli, die Exaltationi nobilissimi nostrae salutis Ligni [sacro], anno 1571.

343

CARD. GULIELMO SIRLETO

NEAPOLI 11 OCTOBRIS 1571 [1].

Cardinalem Caraffam, Romam redeuntem, commendat.

†

Illmo. e Rmo. signore [2].

Partendosi l' Illmo. cardinal Carafa sano già et ben rihauuto [3] per la Iddio gratia, non ho uoluto mancar di visitar V. Sria. Illma. con questa mia per fargli la debita reuerenza in segno e testimonio del sengolar amor e osseruanza che debbo portar alle rarissime uirtù sue. Io son stato vbbidiente a quanto per la sua V. Sria. Illma. mi comandò in seruir e trattener l' Illmo. cardinal Carafa; perchè tutto 'l tempo che è stato in Napoli, quasi ogni giorno semo stati insieme, e dolcemente habbiam raggionato de cose spirituali e diletteuoli, vbi plurimus, et ille quidem perquam honorificus, de te semper sermo habitus est.

[a] *Supra hoc verb. alia manu scriptum est:* uti.

[1] Ex archetypo, Romae, in Bibliotheca Vaticana, Lat. Reg., 2023, 2 fol., nn. 312, 315. Subscriptio tantum Salmeronis manu exarata est.

[2] De cardinali Gulielmo Sirleto vide epist. 331, annot. 3.

[3] Vide epistolas superiores.

Hora che 'l cardinal ritorna in Roma, voglio strettissimamente raccomandar la istessa persona Illma. del cardinale a V. Sria. Illma., perchè, pensando io bene e considerandolo, non ueggo persona che più lo possa trattener e consolar, e preuenire qualsiuoglia altra specie d' infermità, si per la grandezza dell' amor iscambieuole, come per la vicinanza, non solamente di stanze, ma etiandio di cuori e di studii. Nè si marauigli V. Sria. Illma. di questo mio vffitio con lei, perchè ancorachè non sian necessarii li miei sproni, essendo per mezo il stimolo di tanta carità, nondimeno non ho uoluto mancar a me stesso in far tal raccommandatione, perchè mi persuado che gustarà V. Sria. Illma. di questa mia libertà e persuasione, risguardando all' amor grande che a me e al detto cardinal porta, perchè così io gustai quando con la sua mi essortò a far' il medesimo vffitio, et addidisti calcaria sponte currenti, atque, vt dici solet, igni oleum appossuisti.

Io scriuo questa, non per dar alcun fastidio, nè mettergli obligation a rispondermi, perchè so che sta in cose grandi e d' importanza assai occupato; ma per mantenermi nella sua uiua memoria e buona gratia, perchè mi persuado della sua gran bontade che nelle sue sante orationi m' offerirà al Signor, dil che io ne fo più conto che di qualsivoglia altra cosa.

E con tanto humilissima[me]nte basciandoli la mano, et offerendomi in tutto per suo seruitor fidelissimo, in questa fo fine con pregar il Signor conserui e aumenti V. Sria. Illma. nella sua santissima gratia, e diuini doni.

Di Napoli alli xi d' Ottobre 1571.

Di V. Sria. Illma. et Rma. humillissimo suo seruo in Xpo.,

ALFONSO SALMERON.

Inscriptio. † All' Illmo. e Rmo. signor, il cardinal Sirleto, signor mio in Christo osser.mo, a Roma.

Sigilli vestigium.

344

CARD. STANISLAO HOSIO

NEAPOLI MENSE OCTOBRI 1571 [1].

Eidem de collata a summo pontifice provincia gratulatur, et litis pristinae inter utrumque agitatae victoriam Hosio stetisse ait.

344 ᵃ

CARD. STANISLAUS HOSIUS

PATRI ALPHONSO SALMERONI

CIRCA DIEM 6 NOVEMBRIS 1571 [1].

Post insignem victoriam de turcis reportatam Salmeronem ad litterarum commercium rediisse gaudet.—Gratulationis ob provinciam a summo pontifice sibi demandatam indignum se modeste fatetur.—De existimata injustitia ab hispanis in reginam Poloniae admissam denuo conqueritur.

Patri Salmerono ᵃ Alfonso.

Si tardius litteris tuis respondeo, eam esse causam scito, quod hae mihi tardius redditae sunt, nimirum 8 idus Novembris, quas simul ut legi statim illis respondendum curavi.

Quo tempore tuas ad me misisti non deerat iucundum et plausibile argumentum de insigni victoria, quam contra sui nominis hostes sempiternos ex mira sua ᵇ gratia non autem aliquibus meritis meis, quibus gravissima debentur infortunia, pater ille misericordiarum et Deus totius consolationis [2] nobis concedere dignatus est, nisi quod eius fama nondum vel ad vestras vel ad meas etiam aures pervenerat; sed iam tamen confecta res fuerat [3]. Et videbatur id animus tuus quodam modo praesagire.

ᵃ *Sic.* —ᵇ tua *apogr. ad nos missum.*

[1] Ex sequenti epistola scimus Salmeronem Hosio scripsisse post diem 7 Octobris, qua die victoria de turcis reportata fuit, sed antequam ad illum notitia tam fausti eventus pervenisset, Hosio litteras dedit, quibus in sequenti monumento respondetur. Salmeronis autem epistola periisse videtur.

[1] Ex adversariis vel apographo coaevo, Cracoviae in bibliotheca universitatis asservatis «*Cod. ms. Jagell.* n. 160, fasc. 32, fol. 27».

[2] 2 Cor., I, 3.

[3] Loquitur de insigni victoria contra turcas a classi christianorum die 7 Octobris anni 1571 reportata, quam inter alios testis oculatus et summi ducis Joannis de Austria confessarius P. Michaël Servia, O. S. F., litteris consignavit. Cf. Salvá et Sainz de Baranda, *Colección de documentos inéditos para la historia de España*, XI. 359 et seqq.

Quam ob rem ad intermissum scribendi munus post hanc tantam victoriam, quantam vix etiam optare nedum sperare fuimus ausi, tandem rediisti. Fuerunt autem litterae tuae mihi multo gratissimae, quibus, quod mihi mandatam a Sanctissimo Domino Nostro provinciam, gratularis; causa gratulandi fuit nulla, quin consolationis indigere potius videor, cum humeri mei tanto ferendo oneri non sint. Utinam autem profectum aliquid videre possimus. Sed nec de ratione tractandi satis adhuc inter nos convenit. Interea tamen, quibus ea provincia mandata non fuit, et qui longius absunt: Petrus Canissius [4], Nicolaus Sanderus, Franciscus [Turrianus] praeclare provinciam hanc obierunt, quarum scripta cum legeris, non dubito, quin ea sis vehementer probaturus. Nos interea cum sedulo moveamus, nihil promovemus. Vos Deum praecemini ut incrementum det [5]. Quamvis cur ipse quoque non descenderis in hanc arenam, mihi quidem dubium non est, quin magnum esses operae precium facturus.

Quod autem litis, quae fuit aliquandiu inter nos agitata [6], victoriam a parte mea stetisse scribis, toto coelo, quod aiunt, errare mihi videris. A tuis illa stetit partibus, non a meis. Nam, ut mihi prope modum iam est persuasum, aut certe persuadere nonnulli conantur, non debet propheta [c] loqui liberius. «Theologus — aiunt — es. Est aliqua de te [d] pietatis opinio, quam ob rem abstineas ab ista, qua uteris dicendi libertate, nec teneras aures mordaci radito vero [7], ne voces rapinam rapinam, malum malum, tenebras tenebras, sed rapinam esse dic elemosinam, malum bonum, tenebras lucem.» Atqui talibus sempiternum vae propheta comminatur [8]. Admirabilis quaedam est haec humana sapientia: «Theologus es: cave ne te reddas exosum hominibus libere dicenda veritate.» Atqui theologo dictum est: «Argue, obsecra, increpa. Insta op-[p]ortune importune [9].» Theologo dictum est: «Clama, ne cesses. Exalta,

---

[c] debeas profetam *apogr. ad nos missum.* — [d] *dubia lectio.*

---

[4] Cardinales Hosius et Sirletus cum doctore Fontidonio (Fuentidueñas) apud summum pontificem librum Canisii contra centuriatores magnis laudibus extulerunt, prout Borgia Canisio 12 Julii 1571 referebat. MICHEL, *Vie du Bienheureux Pierre Canisius*, pag. 367; annot. 3.

[5] 1 COR., III, 7.

[6] Vide epistolas 323, 323*, 326, 326*, 330, 330*.

[7] Vide epist. 330*, annot. 10, ubi hic versus Persii allegatur.

[8] ISAI., V, 20.

[9] 2 TIM., IV, 2.

sicut tuba, vocem tuam. Annuncia populo scelera eorum [10].» Num isti tacere iubent? Nam nihil, aiunt, clamando profeceris. Interea tamen Amyclas [e] tacendo periisse legimus [11]. Mirabilis est hic mundus; quamlibet gravem iniuriam patiaris, aiunt, quamlibet gravia scelera patrari videas, etiamsi cernas ea in civitate legibus constituta fieri, quae nec in silvis impune latrones designant, age tamen gratias et taceas. Quoad penes te regnum fuit in ista civitate [12], non audiebantur talia; nunc, penes quem regnum sit, nescio. Sed hoc scio, quod in silva sibi degere videntur homines, non in civitate legibus constituta.

Quidam frater dominicanus post meum e secessu reditum praeclaram habuisse concionem dicitur de restitutione; multorum etiam animos permovisse. Vellem tales apud vos quoque conciones haberentur; fortassis fructum aliquem adferre possent. Mihi cum hispanis non nihil autem fuit negocii, nec omnia eorum facta probare poteram, nunc sanctos illos esse iudico cum iis comparatos, qui nunc rerum potiuntur, nec quoque opto magis, quam ut ad hispanos primo quoque tempore regnum redeat. Perpetua mihi cum illis est amicitia futura. Sed ego fortassis parum esse theologus videbor, qui cum aufertur pallium, tunicam insuper non concedam [13], neque post acceptas iniurias taceo et gratias ago, nec me contineo, quin suum cuique rei proprium nomen tribuam. Victus igitur sum, non victor, ut vides; tacere namque iubeor. Tu Deum praecare, qui tantopere gaudent alienis rapiendis, ut iis mentem hanc inspiret [f], quo tandem aliquando de restitutione cogitare incipiant.

Mei quoque in tuis precibus ac sacrificiis ne sis immemor. Utinam autem adduci possetis, ut frequentes de restitutione conciones haberetis. Verum dici de quibusdam potest, quod non est timor Dei ante oculos eorum [14]. Bene vale.

---

[e] Amiclas *ms.* — [f] inspirat *ms.*

---

[10] Isai., LVIII, 1.

[11] «Amiclae, arum, f. Nomen duarum urbium, quarum prima in Laconia, ita ab *Amyclante* vel *Amycla*, Lacaedemonis filio... ejus conditore, uti ferunt, appellata... Vulgo narrantur silentio periisse... cum temere aliquando, nuntiato hostium adventu, lege cautum esset, ne quis unquam hostium adventum narraret, et sic, vere adveniente hoste, captae sunt.» De-Vit *Totius latinitatis onomasticon*, I, 276.

[12] Vide *Epist P. Salmeronis*, I, 533, annot. 2.

[13] Matth., V, 40.

[14] Ps. XIII, 3.

345
PATRI HIERONYMO NATALI
NEAPOLI 23 NOVEMBRIS 1571 [1].

Decium Brancaleonem, Romam proficiscentem, commendat.

† Jhs.

Molto Rdo. in Xpo. Padre [2].

Pax X.[i]

Il latore di questa sarà il signor Detio Brancalione, figliolo del signor Pietro Jacomo Brancalione, molto nostro diuoto et amico, il quale desidera studiare theologia nel nostro collegio, et desidera essere racomandato alla R. V. Per tanto non ho uoluto mancare con queste poche parole pregare quanto posso alla R. V., che in tutto quello che lo potrà aggiutare, et fauorire, et racomandarlo alli Padri del collegio, lo uoglia fare; perchè desidero che questo gentilhuomo sia aggiutato, per essere giouane molto uirtuoso et dotto. Lui ha studiato molto tempo legge, et è già dottore, et adesso uol sequitare lo studio della theologia.

Et perchè in questa non me occorre altra cosa, fo fine, et humilmente alle orationi di V. R. me raccomando.

Di Napoli li 23 di Nouembre 1571.

Di V. R. seruo in Jesù Xpo.,

SALMERON.

Inscriptio. † Al molto Rdo. in Xpo. Padre, il P. Gerolamo Natale, vicario generale della Compagnia di Giesù, in Roma.

Sigilli vestigium.

---

[1] Ex archetypo, in codice *Epist. Salmer.*, 2 fol., n. 140, prius 351, 354. A tergo hujus epistolae habentur responsionis adversaria, quae, cum huic et sequenti epistolae respondeant, post utrasque commodius exhibebuntur.

[2] Cum praepositus generalis Societatis Jesu, Franciscus Borgia, hoc tempore Roma abesset, eo quod cum legato apostolico cardinali Alexandrino in Hispaniam profectus fuisset, ejus vices Romae gerebat vicarius P. Hieronymus Natalis. Hac de causa has ei epistolas dedit Salmeron.

346

PATRI HIERONYMO NATALI

NEAPOLI 30 NOVEMBRIS 1571 [1].

Claudium Milanum, Romam cum Octaviano Morelli adeuntem, commendat.

†

Molto Rdo. in Christo Padre.

Pax Christi, etc.

Questa scribo a V. R. per raccomandargli questo giouane, detto Claudio Milano, del qual V. R. mi scrisse si contentaua uenisse a studiar nel collegiogermanico. Tien vn bell' ingegno et inclination alle lettere; e per meritarlo molto la sua madre, ho voluto raccomandarlo alla carità della R. V. Lo mena di qua in compagnia sua lo signor Ottauiano Morelli, il qual è grande amico di questo collegio, e di quello di Roma; et in particolar desidera di conoscere la R. V. et offerirsegli; e cosi la R. V. lo terrà per raccomandato, in quello che gl' occorresse, secondo il nostro instituto, fargli piacere, perchè esso molti ce ne fa all' anno.

Già hauerà inteso la gran molestia e trauaglio che m' ha dato il catarro quasi per spatio di doi mesi, et hora mi truouo tanto pieno di flemme, che nè di giorno, nè di notte lascio di tussire, con grandissimo fastidio e trauaglio del petto, il qual mi marauiglio che non sia spezzato in cento pezzi, ancorachè m' habbi purgato due uolte, e pigliati tanti siropi e medicine, con le qual non è manco fastidio che con il catarro istesso. Et è molto tempo che non ho studiato niente; et se alcuna volta ho intentato di ritornar a esso, il catarro è tornato a dar molestia.

Questo ho uoluto contar tanto minutamente, parte perchè mi raccomandi da douero al Signore, e mi faccia raccomandar, parte ancora perchè intenda quanta difficoltà tenga in passar auanti nella impresa cominciata [2].

---

[1] Ex archetypo, in codice *Epist. Salmer.*, 2 fol., n. 141, prius 355. Vide epistolam praecedentem, annot. 1, et responsionem Natalis huic subjectam.

[2] De suorum in sacram scripturam commentariorum lucubratione loquitur.

E con tanto pongo fine a questa lettera, pregando il Signor a tutti ci dia la sua gratia di seruirlo, e con infermità et con sanità, e far in tutto la sua volontà.

Alli Padri assistenti molto mi raccomando nel Signor.

Di Napoli l' vltimo di Nouembre 1571.

Di V. R. seruo in Jesù Xpo.,

SALMERON.

Inscriptio. † Al molto Rdo. in Christo Padre, il P. Gironimo Natale, vicario generale della Compagnia di Giesù, in Roma.

Sigilli vestigium.

346 a

P. HIERONYMUS NATALIS PATRI ALPHONSO SALMERONI

ROMA CIRCA 1 DECEMBRIS 1571 [1].

Duubus praecedentibus epistolis respondet.

† He hauido dos cartas de V. R., esta y la otra en recomendación del Claudio Milano. Este se recibirá, aunque el colegio está tan lleno, que á dos cardenales se ha negado lugar hasta que aya vacancia dél: al otro y á Ottauiano Morelli, hemos ofrescido y haremos todo el seruicio possible.

Tengo pena del catarro de V. R.: hemos dicho algunas missas y diremos más. V. R. tenga buen ánimo, que espero en el Señor que será con V. R.

347

CARD ANTONIO CARAFFAE

NEAPOLI 7 DECEMBRIS 1571 [1].

De officio sibi praestito gratias agit.—De studiis, quibus cardinalis indulget et de variorum librorum editionibus sciscitatur.

†

Illmo. et Rmo. signore [2].

---

[1] Ex adversariis, librarii manu exaratis, in codice *Epist. Salmer.*, in quarta pagina monumenti supra, sub n. 345, prolati. Vide annot. 1 eidem monumento appositam.

[1] Ex archetypo, Salmeronis manu subscripto, Romae, in Bibliotheca Barberiniana, LXI, 37, 2 fol , nn. 152, 153, prius 386, 387.

[2] De cardinali Antonio Caraffa vide epist. 258, annot. 2.

Due di V. Sria. Illma. mi sono capitate nelle mani questa settimana: vna latina e molto bella, nella qual deploraua la santa morte di quel religioso e perfetto huomo, cardinal clareuallense [3], e ueramente ogni cosa che V. Sria. Illma. gl' attribuisce, con ogni raggion gli conueniua, et hora si gode il premio delle sue lunghe et christiane fatiche.

L' altra littera era italiana et brieue, di certi negotii per V. Sria. Illma. trattati: e gli rendo gratie infinite per l' vffitii con tanta carità fatti, e non posso se non sperar qualche buon successo, si come in essa se mi accenna. Nostro Signor paghi a V. Sria. Illma. questi tanti christiani vffitii che m' ha fatto, e spero in Dio, che qua non si metteranno in oblio.

Del mio catarro so dire a V. Sria. Illma. che è stato di tal modo viscoso e tenace, che quando ho pensato esserne libero, m' ho ritrouato più pieno, a tal che passano due mesi e più, che da me non si parte: e benchè hora non l' habbia con quella furia e molestia di prima, perchè mi concede tempo di alzarmi di letto, dir messa e caminar con il buon tempo a piede et a cauallo per far essercitio; tamen per le fatiche intellettuali non sono anchora ristorato, e così sono obligato a vbidire alli consegli che V. Sria. Illma. con tanta carità mi manda: et sappia che per respetto della sua autorità et amoreuolezza gli abbraccio più uolentieri, e mi sono più gusteuoli.

Desidero sengolarmente sapere qualche cosa delli studii di V. Sria. Illma., si è comparso qualche bel libro di nuouo: se la bibliotheca del Photio è finita di stampar [4], se il Basilio che si

---

[3] Hieronymus Socherus (Souchière), gallus, ordinis cisterciensis, abbas claravallensis et postea magister generalis suae religionis, tandem cardinalis a Pio V creatus, Romae die 23 Octobris 1571 beatam mortem obiit. Cf. CIACONIUM, loc. cit., II, 1207; et POLANCUM, *Chron.*, III, 291.

[4] Ex hisce Salmeronis verbis suspicari licet primam hujus celebris Photianae bibliothecae editionem ante annum 1572 inceptam fuisse, quae tamen non ante annum 1601 prodiisse videtur, quam editionem commemorat HOEFER, *Nouvelle biographie universelle*, XL, 22, ubi haec habentur: «La première et la plus belle édition du texte grec de la Bibliothèque de Photius a été donnée par David Hoeschel (Augsburg, 1601, in fol.) André Schott en publia une version latine très negligée (Augsburg, 1606, in fol.). De hac P. Schotti editione cf. SOMMERVOGEL, *Bibliothèque de la C. de J.*

stampaua in Milano è finito [5]: se il Plantino ha espedito la bibbia trilingue [6]: se monsignor Illmo. Sirleto attende all' impresa incominciata [7]: perchè con grande aspettatione è da molti letterati desiderata, nè penso che dalle mani sue possa vscir se non cosa molto perfetta et omnibus numeris absoluta, al quale con la prima commodità V. Sria. Illma. darà le mie humillime raccomandationi e saluti.

E stauo per pregar V. Sria. Illma. che questa mia lettera non la mostrasse a nessun corteggiano, perchè non si rida della mia semplicità e sciocchezza, poichè scriuendosi questa littera ad vn tanto prencipe della chiesa romana, nulla prorsus mentio de beneficiis, aut de episcopatibus uacantibus, aut de pinguibus abbatiis, aut eiusmodi aliis similibus; sed totum negotium est de re litteraria, aut de libris sacris editis, aut proxime edendis; non deest tamen legitima excusatio, nempe illa: ex abundantia cordis os loquitur [8].

A V. Sria. Illma. bascio humilissimamente la mano, e la prego uogli hauer uiua memoria di me nelle sue sante orattioni.

Di Napoli alli 7 di X.bre 1571.

VII, 881. De Photiana bibliotheca erudite etiam disserit POSSEVINUS, *Apparatus sacer*, II, 288, ubi haec ait: «Ceterum non multos ante annos Patavii Bibliothecam hanc Graece m. s. assecuti a V. C. Vincentio Pinello, deinde Romae, quam Antonius Carrafa Card. et alteram, quae extat auctior in Vaticano, postea et illius in Latinam versionem a Federico Metio Episcopo Termularum factam, sed non evulgatam, denique et aliam a viro nobilissimo et eruditissimo Marco Velsero Augustanae Reip. Duumuiro, eius cura emendatam et pulcherrimis typis Graecis Augustae Vindelicorum excusam, relegentes, id excerpsimus, quod in variis locis huius Apparatus nostri ita locauimus, vt.» etc. Recentiores editiones Photianae bibliothecae recensentur ab HURTER, loc. cit., *aetas prima*, I, 784; a GLAIRE, *Dictionnaire universel des sciences ecclesiastiques*, II, 1777; et ab HOEFER, loc. cit.

[5] Hujus editionis operum S. Basilii mentionem nullam facit POSSEVINUS, loc. cit., quamvis diligenter et fuse de praecipuis hujus Patris ante suum tempus prolatis editionibus disquisierit.

[6] Sermo esse videtur de editioni polyglotta *Antverpiensi* seu *Regia*, annis 1569-1572 in typographia Plantiniana excusa. Cf. CORNELY, *Cursus Scripturae Sacrae*, I, 507.

[7] Praecipua opera, a Pio V Sirleto commendata recenset HURTER, loc. cit., I, 96.

[8] MATTH., XII, 34.

Di V. Sria. Illma. et Rma. humillimo seruo suo in Jesù Xpo.,

ALFONSO SALMERON.

Inscriptio. † All' Illmo. et Rmo. signor, il cardinale Carafa, signor mio in Christo osser.^{mo}, in Roma.

Sigilli vestigium.

348

PATRI HIERONYMO NATALI

NEAPOLI 5 JANUARII 1572 [1].

Filium baronis de Vervicaro commendat.

†

Molto Rdo. in Christo Padre.

Pax Christi etc.

Mi rallegro d' hauer occasione per hauer da scriuere alla R. V. Li giorni passati fu scritto alla R. V. per impetrare la intrata d' vn figliuolo del signor barone Castigliaro [2] nel collegio germanico, al quale tiene tanto obligo questo collegio, quanto a nesun' altro huomo che sia in Napoli, perchè sempre ci è stato protettore e preggiatore de tutte le case ch' hauemo comprato; la qual gratia in altro non habbiamo ritrouato; et hora lo tenemo in preggio de non so che migliaia de ducati che siamo debitori. Per tanto, hauendo dato la R. V. per risposta che fusse mandato in buon' hora, e che saria riceuuto, benchè si sia trattenuto un poco per la malattia della sua madre, la quale è morta, adesso si manda alla R. V. con una grande confidenza che non mancarà della sua parola, e che a noi altri tutti ci consolarà in non mancar di far riceuere questo giouane nobile, et de farlo accommodar in qualche buona camera con gl' altri.

Io sto vn poco meglio del mio catarro, Dio gratia, et desidero intendere il medesimo della R. V.; perchè a tutti due, come uecchiotti, ci comincia a visitar il catarro. Ho cominciato a tornar al studio incominciato, e caminar auanti, finchè a Dio piace-

---

[1] Ex archetypo, in codice *Epist. Salmer.*, 2 fol., n. 151, prius 230.

[2] Petrus Antonius Castellar, baro de Vervicaro, de quo diximus in harum epistolarum primo volumine, pag. 240.

rà per finir questo vltimo libro, il che lo desidero grandemente, per dar principio a riueder vna farraggine di tante cosaccie inculte et rozze [3].

Desidero grandemente hauer noue particolare di N. P. generale, doue stia, e che speranza hauiamo d' hauerlo presto [4].

Alle orationi della R. V. con quelle delli Padri assistenti humilmente mi raccomando con tutto questo collegio.

Di Napoli alli cinque di Gennaro 1572.

Di V. R. seruo in Jesù Xpo.,

SALMERON.

Inscriptio. † Al molto Rdo. in Christo Padre, il P. Girolimo Natal, vicario general della Compagnia di Giesù, in Roma.

Sigilli vestigium.

348 [a]

P. HIERONYMUS NATALIS PATRI ALPHONSO SALMERONI

ROMA 12 JANUARII 1572 [1].

De filio baronis de Vervicaro in collegium germanicum cooptato.

P. Salmeron.—Ho hauuta quella di V. R. di 5 del presente in raccomandatione di don Joane, figliol del varon [a] del Castellar. Lo ho riceuuto nell' collegio germanico puramente per scriuermelo V. R., perchè il tempo era già passato, nel qual se li promesse luogho, et così era spirata la promesa: et è tanta streteza nell' collegio germanico, che non si può riceuer nesuno, et diamo la negatiua etiam a cardinali.

Altra causa ci era, che mi an detto questi Padri [b], i quali han information di questo giouen, che lo conoscen, nè lo nega su padre in quella che mi scriue, che è un poco mal acostumado [c] et scorretto.

Noi stiamo in questo tempo zelossissimi di questo collegio, perchè essendo più che mai in gran numero, sta nondimeno quietissimo, et hab-

[a] *Sic.* —[b] Padre *ms.* —[c] *Sic.*

[3] Haec de commentariis in sacram scripturam, quos hoc tempore scribebat, intellige. Vide epist. 317, annot. 2; et 319, annot. 3.

[4] Vide epist. 339.

[1] Ex regest. *Italia (1571-1573)*, ff. 42v-43r. Epistolae praecedenti respondet.

biamo grandissima paura che non ci uenga qualche turbacione: perciò diciamo a tutti quelli che entrano molto risolutamente, et anche a padri loro, o quelli che li meteno, che, si non se portano bene, senza alcun remedio li manderemo via. Questo medessimo habbiamo detto a don Ju.° molto chiaramente; et se V. R. le parecerà [d] lo significarà al signor varon [e], et farà mia scusa che non risposi [f] alla sua lettera, ma sì ben respondo con l' opera. Io l' ho raccomandato alli nostri, che ne habbino cura particular et sia accomodatto in buona camara.

Mi è gran piacer di saper che V. R. stia meglio del catharro, et sia tornata alla sua opera. Il Signor li di[a] longa vita acciò che possi seruir molto alla diuina magestà et al ben comune.

Io sto sempre acatharrato; ma sto meglio adesso che sia stato mai doppo che nostro Padre partì: ma dessidero summamente il ritorno di sua paternità, et ogni giorno mi pare un anno.

Non sappiamo cosa alcuna di sua paternità doppo che partì di Madrid, nè del cardinal se sa altro se non che era giunto a Lisbona. Non dirò altro etc.

Di Roma li 12 di Genaro di 1572.

349

CARD. ANTONIO CARAFFAE (?)

NEAPOLI 18 JANUARII 1572 [1].

Ejus se quaestionibus et interrogationibus semper proficere fatetur, illaque Ecclesiastici verba: «Post concupiscentias tuas ne eas.», explicat. — Dominam Isabellam se invisurum promittit et abbatem Portium salvere jubet.

Acceptis laconicis literis tuis (nam votis meis omnia, quae tu scribis, laconica sunt) mirifice sum exhilaratus: vellemque, si fieri posset, totidem perstringere verbis, quae ad tuarum spectant responsum. Equidem tuis semper proficio interrogationibus, multaque pulsando, et quaerendo doces, quae pro tua modestia interrogas; pro tua sapientia et charitate dissoluis et explicas: quid potest cuiquam, aut suauius, aut gratius contingere, quam tu

[d] *Sic.* —[e] *Sic.* —[f] risposso *ms.*

[1] Ex Salmeronis commentariorum tomo XVI, pagg. 492-494. Haec epistola in codice *Epist. Salmer.* desideratur. Cum autem jam edita fuerit, partem tantum illius heic dare visum est. Vide quae de his et aliis similibus litteris in hujus voluminis praefatione dicta sunt.

acerrimus percontator mihi? Qui in profundis, obscurisque Scripturarum sensibus eruendis, et pulsando aperis: et percontando, quod inueniri potest, detegis: et petendo, illa quae accepisti communia mihi facis.

Scribis D. Abbatem Portium [2] magno in pretio, et existimatione haberi apud omnes, adeo vt nonnihil timeas, ne tantis virtutum suarum praemiis, mercedem hic suam videatur accipere; aut saltem partem eius, quae in alio seculo futura est, sibi praeripere: nae tu mihi angustus rerum ponderator, parcusque virtutis remunerator videris: an ignoras eos, qui bene praesunt, presbyteros, duplici honore dignos existere [3] Apostoli testimonio? et pietatem, promissionem habere vitae, quae nunc est, et futurae [4]? Hoc proprium eminentis virtutis est munus, vt praeter ineffabilem in futura vita remunerationem, sua quoque apud optimos quosque non careat in praesenti iusta laude, ac retributione.

Venio ad locum Ecclesiastici; quem magis mihi exponere, quam a me exponi voluisti: qua in re magnam apud me gratiam iniuisti...

Tuae erit prudentiae, quae hic superflua sunt, resecare, aut emendare aut obelisco iugulare: non enim minus te timeo, quam ille olim vnguiculos, et miniatulas ceras Bruti. Egregio sane et aureo xenio me donasti, dum me ad huius loci meditationem scriptis incendisti tuis, quod ego omnium antiquorum xeniis facile praefero; pro quo ego dominam Isabellam inuisere tuo nomine non grauabor. Et vbi primum occurret communis ille amicus, dominus Abbas Portius, mearum salutationum facies participem, aut potius integrum possessorem, cui ego ante paucos dies respondi: sed facilius ab Hercule clauam, quam ab illo literas extorseris: tantus est in magnorum principum, et praesertim purpuratorum animis demerendis, vt nos tenues et pauperculos contemnere videatur, cumque tam acer sit, et egregius virtutis cultor, quantum tu tuis literis significasti; fieri nequit, quin

[2] De hoc abbate dictum est in epist. 342.
[3] I Tim., V, 17.
[4] I Tim., IV, 8.

omnes, quibuscum illi arcta est amicitia, non possint recti atque honesti, quod in illo est, specie capti, virtutem amplecti.

Quod scribis nostros labores iam prope ad metam peruenisse; vtinam id tam verum esset, quam fuit pro tua erga me singulari beneuolentia abs te profectum; longiores enim sumus, quam tu possis existimare, deque illis ita sentio, vt putem dignos illos esse, qui in spongiam incumbant. Tu fortassis, etiamsi maxime teipsum mihi tegas (quanquam aliquando nonnihil mihi communicaueris) et solidiora et pleniora cudis, et ad finem perfectionemque adducis, si tamen non adduxisti. Fac vt ego, qui nunc horum laborum odore recreor, sapiendi quoque sensu degustem, vnde meas ineptias corrigere valeam, teque celebrari ab optimis et eruditis viris magna cum animi mei voluptate percipiam. Vale plurimum, et tuis me precibus atque sacrificiis apud Deum iuuare non desine.

Neapoli 18 Januarii 1572.

350

CARD. ANTONIO CARAFFAE

NEAPOLI 16 FEBRUARII 1572 [1].

Epistola officiosa.

†

Illmo. et Rmo. signor.

Con grande sentimento e cordoglio ho inteso li acerbi dolori et infermità, da quali V. Sria. Illma. è stata trauagliata; et non trouando con che cosa la potessi meglio seruire, sonomi voltato al Signore, et vltimamente inuocatolo, acciò che esso, come sopremo medico, nelle cui mani sta e la infermità et la sanità e la uita e la morte nostra, porgessi quel rimedio che fussi per illustrar la gloria sua, e per beneficio e salute dell'anima di V. Sria. Rma., e così l' ho fatto raccomandare a tutti li Padri e fratelli di questo collegio, quali gli tengono special obligo di osseruanza et amore. Sono stato auisato da Roma con quanta fortezza

[1] Ex archetypo, Salmeronis manu subscripto, Romae, in Bibliotheca Barberiniana, LXI, 37, 2 fol., nn. 154, 155, prius 33, 34.

d' animo et patienza V. Sria. si sia diportata in questi trauaglii: donde uengo a consolarme, uedendo il detto di san Paolo uerificato: «Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum [a] uocati sunt sancti [2].» Hoggi sono stato informato dalla signora Gioanella [3], carissima madre sua, come V. Sria. Illma. la passaua meglio, et era fora delli dolori, del che ne sia il signore Dio ringratiato, al qual piaccia di dargli aumento e corroboratione nella sanità, poichè tanto ben lo sa spendere in essercitii tanto honorati et christiani. Et se ben per parecchi giorni non gl' ho altrimenti scritto, non è stato perchè V. Sria. Illma. mi sia fuggita dalla memoria, ma solamente per quel prouerbio che dice: «Musica in luctu, importuna narratio [4].»

Con questa altrimenti non la intratterrò [b] più per non recargli tedio con prolissità di lettere; solamente gli dirò, che l' aria di Roma l' o tenuto sempre per sospetto e contrario a lei, et ho desiderato che almanco in Roma tenessi casa in luogo di buona e salutifera aria, e non si curasse di quelle stanze di palazzo. Dice san Paolo scriuendo a Timotheo: «Noli.. aquam bibere.. propter stomachum tuum et frequentes infirmitates tuas [5].» Nota sant' Anselmo, hoc dixisse apostolum, non ut apostolum, sed ut medicum. Io posso dire che in questo caso, non come apostolo, nè medico, ma come seruitor suo affettionatissimo, che grandemente desidera la sua uita e sanità per benefitio e seruitio della chiesa cattolica [c]. E con tanto basciandoli humilissimamente la mano e raccomandandomi alla sua buona gratia, impongo fine a queste poche righe.

Di Napoli alli 16 di Febraio 1572.

Di V. Sria. Illma. et Rma. humilissimo suo seruo in Christo,

ALFONSO SALMERON.

---

[a] Deum *ms.* —[b] intarterrò *ms.* —[c] *Sic, sententia incompleta.*

---

[2] ROM., VIII, 28.

[3] Vide epist. 258, annot. 2.

[4] ECCLI., XXII, 6.

[5] I TIM., V, 23. «Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino utere, propter stomachum tuum, et frequentes tuas infirmitates.»

Inscriptio. † All' Illmo. et Rmo. signor cardinale Carafa, signor mio in Christo osser.mo Roma.

Manet sigillum integrum.

351

DOCTORI FRANCISCO ASTUDILLO

NEAPOLI 16 FEBRUARII 1572 [1].

Ad tria interrogata respondet: primum, an sacrificium pro peccato esset in praecepto: secundum, num quis posset prius offerre sacrificium pacificum quam pro peccato: tertium de nomine Eucharistiae.

D. Doctori Astudillo Alfonsus Salmeron e Societate Iesu S. D.

Si serius, quam vellem, literis tuis videor respondere, mirum tibi viro prudentissimo, aut nouum id esse minime debet; non enim ignoras, aliis sane grauibus ac molestis occupationibus ita nos esse districtos ac praepeditos, vt non mediocriter sit nobis laborandum, quo ab studiis nostris animum auocemus, et in alias nouasque cogitationes distrahere valeamus.

Accedit quoque tua diligentia, ac sedulitas in perobscuris ac intrincatis Scripturarum quaestionibus mihi proponendis; praesertim vbi tu asymbolus, accedis, et tantum interrogas, tuumque de propositis quaestionibus iudicium, aut consulto celas, aut tanquam ex academiae schola profectus suspendis. Tantus praeterea tuus in interrogando Laconismus interdum nos moratur, et cunctabundos reddit, vt cogamur transformari ex Dauis in Oedipos [2], et moram aliquam temporis ad cogitandum nobis assumere, quo melius et tua penetrare, et commodius tibi possimus respondere. Erat in animo tibi Laconice interroganti, concisum quoque ac Laconicum responsum mittere: quanquam olim secun-

---

[1] Ex Salmeronis commentariorum tomo XVI, pagg. 502-507. De eucharistiae nomine praeclare disserit Salmeron in ejusdem operum volumine IX, tractatu XXVIII.

[2] «Translate *Davus sum, non Oedipus,* proverbium est apud *Terentium, Andr.*, I, 2, 23, quo significamus, nos homines rudes esse simplicesque et ad intelligenda obscuriora aenigmata minime idoneos. Tractum est a callido acutoque Oedipi ingenio, qui ad portam Thebarum Sphyngis aenigma dissolvit.» De-Vit, *Totius latinitatis onomasticon,* tit. «Oedipus».

dum leges Atheniensium duplex reo clepsydra ad obiecta crimina abluenda merito concederetur [3]. Verum ego, qui rei partes sustineo, iuri huic, quod in fauorem meum cederet, prudens, ac lubens renuntiarem, si id tibi gratum esse intelligerem, et id me magis posse assequi, quam polliceri sperarem. Ero igitur tibi diligenti tardus, Laconico Asiaticus, Academico Physicus, qui omnia aenigmata dissoluere me posse profiteor; denique tibi prudenti in dubitando, stultus ego in respondendo: ad id enim me cogunt eruditissimae literae tuae.

Ex tribus igitur interrogationibus, quibus me adoriris, prima erat: An in Lege sacrificium pro peccato esset in praecepto, an in cuiusque voluntate situm?... Quaeris secundo, num quis possit prius offerre sacrificium pacificum, quam victimam pro peccato?... Tertio loco percunctaris, an Eucharistia nomen sit sacrificii, vel in antiquo vel in nouo Testamento; et si in neutro, vnde ergo haec vox vim habuit, vt sacrificium altaris significaret?...

Cum primum occurres D. Abbati Portio [4], fac vt illum salutando meo nomine, me illi quam commendatissimum reddas. His diebus diuerterunt ad nos duo Sacerdotes, et morum sanctitate, et doctrina praestantes, quorum alloquio et praesentia mirifice sum exhilaratus, qui cum mihi aliis de causis commendabiles extiterint, hoc etiam nomine, quod tui sint compatriotae, et a te pro eorum meritis maxime diligantur, mihi quoque fuerunt charissimi; quamprimum illos inuisere tibi dabitur; plurimam eis ex me imperties salutem. Ridebis fortasse Laconismum meum; verum pro tua prudentia perspicito, quid Poëta quidam dixerit: *Non sunt longa, quibus nihil est, quod demere possis* [5]. Bene vale in Christo.

Neapoli 16 Februarii, Anno 1572.

---

[3] «*Dare clepsydras*, hoc est spatium ad dicendum, judicum erat; petere, actoris et rei.» FORCELLINI, *Totius latinitatis lexicon*, tit. «Clepsydra». Ex lege enim romana his horologiis tempus dicendi oratoribus praefiniebatur.

[4] De hoc abbate dictum est in epist. 342 et 349.

[5] MARCI VALERII MARTIALIS *Epigrammata*, lib. II, epigr. LXXVII, vers. 7.

352

PATRI STEPHANO TUCCIO

NEAPOLI 6 APRILIS 1572 [1].

De historia libri Judith, de hebdomadibus Danielis et de Petri Romam adventu erudite disserit.

Admodum R. D. Stephano Tuccio [2] e Societate Jesu Alfonsus Salmeron S. D.

Pax Christi etc.

Qvoniam magna cum animi mei voluptate accepi, te hoc sacro quadragesimae tempore praedicationis apostolicae munere fungi, non putaui te ineptis meis cogitationibus interpellandum: sed iam, vt spero, liberum te ab illis laboribus, et a sanctis illis occupationibus solutum ac feriantem, nostrae inuenient literae; quibus et tarditatis nostrae in responso dando rationem reddimus, et quid nobis de scriptis tuis circa historiam libri Iudith, quid denique de ratione septuaginta hebdomadas Danielis enumerandi a te inuenta, videatur, breuiter aperiemus; vt si coram non datur verbo congredi, vt ego expetebam, saltem scriptis me tibi praesentem exhibeam, vt tu te exoptare professus es: quan-

[1] Ex Salmeronis commentariorum tomo XVI, pagg. 523-532. De Danielis autem hebdomadibus videantur ejusdem Salmeronis commentaria in tomo I, Prolegom. XLIII. De Petri adventu ad Urbem disserit in vol. XV, disput. XXII in epistolam S. Pauli ad Galatas.

[2] Stephanus Tuccius, anno 1540 Monforte, quod est oppidum Messanae vicinum, ortus, et ibidem Societati adlectus, rhetoricam in collegio mamertino hoc tempore docebat. Romam deinde ad sacram theologiam addiscendam evocatus, biennio ibi consumpto, sacerdotio potitus, ad theologicam disciplinam profitendam Patavium missus est; inde Lauretum ire jussus, morum ibi quaestiones enucleandas suscepit. «Romam inde accersitus, ut studiis omnibus praeesset, et theologicam disciplinam praelegeret, collegam nactus est P. Franciscum Suarez, Doctorem Eximium, post Thomam Aquinatem, Theologorum facile Principem, neque tamen in publicis disceptationum periculis imparem sese ostendit, sed cum eo, aequo semper marte, de ingenii et eruditionis gloria certavit.» Haec AGUILERA, loc. cit., I, 352-353. Et paulo inferius, pag. 354, ait «Stephanum Tuccium in eo Seviratu primas tulisse, quem Aquaviva coegit, ut Gymnasiorum Societatis jura digereret, et in unum relata codicem, qui *Ratio Studiorum* inscriberetur, evulgaret.» De hoc egregio viro ejusque operibus cf. SOMMERVOGEL, loc. cit., VIII, 263-265.

quam nondum spem omnem abieci, quin aliquando, si non aquilone flante, qui contrarius est nauigantibus a Sicilia in Italiam, saltem austro aliquo Spiritus sancti impellente, nos sis inuisurus, si non vt apud nos haereas, saltem vt per nos deducaris in Vrbem.

In primis igitur, nolo te ignorare, quamprimum accepi posteriores literas tuas, quibus nostras dubitationes circa tempora historiae Iudithae explicabas, in animo habuisse respondere tibi. Verum illis diebus, quibus ad hoc accingebar, grauissimo ac diuturno pituitae morbo inuasus, qui me per nonnullos mensès ineptum ad omnia bona studia reddidit, praepeditus fui: vbi vero ab illa molestia emergere coepi, vrgentibus quibusdam, vt quae prae manibus habebam, inchoata studia absoluerem, non ita vacauit, voto meo, perinde atque tuo satisfacere: iam vero onere illo, quo premebar, ex parte leuatus, praestiti quod in votis habebam: nam quo tibi responderem, totum prius tuum opusculum de Hebdomadibus relegendum mihi esse putaui: quod attentiori, et liberiori animo feci, nec me huius, vt puto, relectionis vnquam poenitebit: assecutus enim mihi esse videor animi tui sensa, et quo tendat illius tuae tractationis scopus: de quo tamen quid mihi videatur, inferius declarabo...

Bene vale, meque vt in precibus tuis commendatum habeas, et sacrificiis, etiam atque etiàm rogo. Salutabis meo nomine reuerendos in Christo Patres, Bobadillam, Hieronymum Domenechium, P. Carminatam, Paulum et Elpidium, reliquosque in Christo Patres ac fratres.

Neapoli, die Resurrectionis Domini, anno 1572.

353

DOCTORI FRANCISCO ASTUDILLO

NEAPOLI 2 MAJI 1572 [1].

De sacrificiis, quae in lege veteri pro peccatis offerebantur.

Non minus eleganter, quam vere, dictum est a Salomone: «Ferrum ferro [ex]acuitur, et homo exacuit faciem amici sui [2]; et Euripides pulchre dixit: ὁμιλία ἔτεινε τέχνας. Tuis acutis et succulentis literis excitatus sum, vt scripta mea diligenter relegens, vel corrigam vel, ut tu modeste significas, limatiora et firmiora reddam: quamobrem vbi opus esse videro, haud grauate id facere conabor, et si quid mihi imprudenti in scribendo excidit, et ingenue agnoscam, et candide profitebor: non enim ignoro mutuae huius nostrae scriptionis fructum alium non esse, quam suauem quandam sacrorum studiorum communicationem. Et quoniam de posterioribus duabus quaestionibus concors est atque vna inter nos sententia: accedam ad primum caput disputationis, in quo ego, quam dissererem, nonnihil aliud tu desiderare videris... Haec pauca breuiter tibi respondere volui: non puto esse magnam aliquam inter nostras sententias differentiam. Quamobrem plurimum vale in Domino, et me vt in tuis precibus commendatum habeas, etiam atque etiam rogo.

Neapoli 2. die Maii 1572.

---

[1] Ex Salmeronis commentariorum tomo XVI, pag. 512-515.

[2] PROVERB., XXVII, 17.

354

PATRI HIERONYMO NATALI

NEAPOLI 20 JUNII 1572 [1].

Facultate legendi libros vetitos a pontifice impetrata, aliquos ex Urbe sibi mitti poscit.—Toletum ex Polonia reducem, salutat.

✝
Jhs.

Muy Rdo. en Xpo. Padre.

Pax Xpi.

E pedido á S. S. [2] por vía del cardenal Caraffa [3] licençia de leer y tener libros heréticos, para mejor correggir y acabar lo que tengo en las manos, como creo que antes de agora lo tendrá entendido. Su Sanctidad benignamente la [ha] concedido, etiam con facultad de hazérmelos venir de Roma ó de otra parte, como lo verá por la copia de la carta del cardenal que aquí

[1] Ex autographo, in codice *Epist. Salmer.*, 2 fol., n. 152, prius 246.

[2] Summo pontifice Pio V kalendis Maji vita functo, ei successit die 13 ejusdem mensis cardinalis Hugo Boncompagnus, qui Gregorius XIII nuncupatus est. Hac occasione Polancus, ex Hispania redux, ad novum pontificem a Borgia missus est, prout Salmeroni die 30 Maji a Polanco hisce verbis nuntiabatur: «Intendendo nostro Padre general la electione del sumo pontifice, mi ha mandato a basciarli li piedi in suo nome et a offerirli la obedientia nostra iuxta institutum, et per alcuni altri negotii che con sua S.tà si haueano a tratare. Si è mostrato molto amoreuole, et nominatim mi ha domandato di V. R., et si predicaua. Gli ho detto che per respetto dei denti già V. R. lasciaua far ad altri questo officio; ma che si occupaua in scriuere, et che si speraua che le sue fatiche sariano fructuose per il ben comune. Risposse, che non poteua esser altrimenti, mostrando sentir molto bene della persona et doctrina di V. R.

Adesso andiamo sopra la confirmatione de nostre cose: V. R. sarà auisato del successo.

Io penso con l' aiuto del Signore tornar presso da nostro Padre, il qual lasciai in Ferrara tuttauia amalato; ma sta meglio, Dio lodato, come per lettere doppo mea partita hauemo intesso.

Et perchè ne ho molta carestia de tempo, non solamente sarò breue in questa, ma anche preg[h]erò V. R. la faccia comun al P. Dionysio, al qual ringratio molto del libro che mi ha mandato de la vita di nostro Padre Ignatio, il quale mi è stato compagno della strada et lo sarà anche al ritorno...» Ex regest. *Italia (1571-1573)*, fol. 78r.

[3] Antonius Caraffa, saepius in superioribus epistolis laudatus, qui die 6 ejusdem mensis Salmeroni S. Pii V obitum et Gregorii XIII electionem nuntiavit. Vide infra ejus epistolam.

imbío, y con la copia del priuilegio de los tres cardenales inquisidores que me an imbiado [4]. Spero que esto será puerta para que á otros de la Compañía se pueda alcançar esta facultad.

Toda esta licentia principalmente e pedido para que de Roma se me imbíen las adnotationes ó scholios [a] del Beza sobre el nuevo Testamento, y los commentarios de los herejes sobre los quatro euangelistas, y el libro de los Actos de los Apóstoles. Gratia me hará de que con prestezza embueltos, ó en tablas, ó en vn arquilla pequeña se me imbíen estos libros con el parcachio [b], conçertando allá el pretio del portazgo. Y paréçeme que para mayor seguridad será bien esto imbiarlo endereçado al arçobispo, al qual yo tendré dado auiso dello, y de la causa porque vienen por su mano. Y si esto hiziere V. R. con diligentia, mostrará voluntad de querer ayudar esta mi obra, y consolarme: y que la otra vez, el no auérmelos imbiado, no procedió por alguna causa ó culpa suya [5]. Esto por esta: de lo demás será auisado por otras.

No más, sino que en sus oraciones me encomiendo. Voy trabajando en releer y emendar lo hecho: es harto trabajo; ayúdeme con sus sanctas oraciones y sacrifiçios, y nuestro Señor guarde y conserue á V. R. en su sancta gracia.

De Nápoles y de Junio á veynte días de 1572.

De V. R. sieruo en Jesu Xpo.,

SALMERÓN.

Entiendo que el P. Toledo sea buelto de su peregrinatión [6].

---

[a] scholias *mss.* — [b] *Sic pro italico* procaccio *hispanice* correo.

---

[4] Has litteras infra damus.

[5] Vide epist. 319, annot 3; et 366. Ex his certo affirmari posse videtur Natalem a pontifice Pio V facultatem petiisse ut tales libri Salmeroni permitterentur, sanctum vero pontificem id minime concedendum existimasse. Die autem 5 Julii hujus anni 1572 haec Roma eidem Salmeroni referebantur: «Mando li libri, che V. R. ha domandati quali mando per questo perchacio [*sic, pro* procaccio] ben accomodati in una casetta, indrizata a monsignor l' arciuescouo di Napoli. Là, [?] auisato V. R., mandi per essi et faccia pagar il porto. Non dubito che si seruirà bene di questi libri a confussioni della bugia...» Ex regest. *Italia (1571-1573)*, fol. 93v.

[6] Anno 1571 summus pontifex Pius V cardinalem Joannem Franciscum

Mucha charidad me hará en darle mis humildes encomiendas y salutationes, pues [viene] de vna tierra donde también yo e estado mi pedaço [7].

Inscriptio. † Al molto Rdo. in Christo Padre, il P. Girolamo Natale, vicario generale della Compagnia di Giesù. Roma.

Sigilli vestigium.

354 [a]

CARDINALES S. R. E. FIDEI QUAESITORES PATRI ALPHONSO SALMERONI

ROMA 12 JUNII 1572 [1].

Facultas libros haereticorum legendi Salmeroni conceditur.

†

Scipio Rebiba [a] Stae. Mariae in Transtiberim, Franciscus Pachecus Stae. Crucis in Hierusalem, et Joannes Franciscus de Gambara Stae. Priscae titulorum, miseratione diuina sanctae romanae ecclesiae presbyteri cardinales in vniuersa republica christiana, ac toto orbi terrarum contra haereticam prauitatem inquisitores generales a sancta sede apostolica specialiter deputati. Congregati et unanimi consensu, audita petitione et supplicatione pro parte Rdi. Patris Alphonsi Salmerone, Societatis Jesu, nobis oblata, considerata eius doctrina et professione, ac feruenti erga catholicam fidem zelo, vigore facultatis nobis concessae [b] licentiam concedimus et impertimur eidem Rdo. Patri Alphonso, ut quoscunque libros haereticos, etiam in Indice prohibitos, clam tamen, et sine aliorum scandalo, ac ad usum suum et nostrum beneplacitum tantum tenere et legere, haereticorumque fallaciis, erroribus et haeresibus, si sibi uidebitur, respondere possit et ualeat. In contrarium facientibus non obstantibus. Hortantes tamen ipsum ut, quantum poterit, ab illorum lectione abstineat.

In quorum omnium et singulorum fidem praesentes litteras, manibus

---

[a] Rebeba *ms.* — [b] concessa *ms.*

Commendonum ad Maximilianum caesarem et ad Sigismundum Augustum, Poloniae regem, legavit, eique socium adjunxit P. Franciscum Toletum. Cf. SACCHINUM, loc. cit., part. III, lib. VII, nn. 4 et 5.

[7] Vide *Epist. P. Salmeronis*, I, 130-138.

[1] Ex apographo coaevo, in codice *Brevia et rescr. antiq.*, fol. 132, n. LXXXIV, prius 200. Vide epistolam praecedentem.

nostris propriis subscriptas exinde fieri, et per nostrum dictique sancti officii notarium subscribi, sigillique eiusdem officii, quo in talibus utimur, iussimus et fecimus impressione muniri.

Datum Romae in palatio Sti. Marci in plena congregatione sub anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, indictione decima quinta, die uero jouis, XII mensis Junii, pontificatus SSmi. in Christo Patris, et Dni. nostri Dni. Gregorii diuina prouidentia papae decimi tertii anno primo.

S. CARDINALIS PISARUM.

F. CARDINALIS PACHECO.

J. FRANCISCUS CARDINALIS DE GAMBARA.

CLAUDIUS DE VALLE, Stae. inquisitionis notarius.

354 b

CARD. ANTONIUS CARAFFA
PATRI ALPHONSO SALMERONI
ROMA 6 JUNII 1572 [1].

Beatam S. Pii V mortem et Gregorii XIII electionem enarrat.

Admodum R. P. Alfonso Salmeroni.

Antonius Carafa S. R. E. Cardinalis S. D.

Admodvm Reuerende Pater. Et si meus in te amor singularis non extaret, qui quicquid egisses., improbatum apud te esse non sineret, res tamen ipsa me tibi satis excusatum redderet, quod nihil de his nouitatibus adhuc literarum dederim. Nec enim vacante Sede [2], iis qui in hoc dignitatis gradu constituti sumus, a publicis muneribus vacandum fuit, nec electo Pontifice, aut priuatis amicorum studiis, aut publicae vtilitati, non omni cura et diligentia inseruiendum. Quanuis autem, cum rumore ipso, tum amicorum literis, quae hic gesta sunt, ad te allata esse intelligo, tamen ex me ipso puto te ea velle cognoscere, quae breuiter exponam.

Pius V. P. M. qui aeterna quadam et prope diuina sui nominis relicta memoria, superioribus diebus, corporis emissus carceribus, in coelum recta migrauit, quadraginta primo totos dies, assiduis acerbissimisque vrinae doloribus vexatus est. Qui cum morbi sui initiis, iam iam diem suum aduentare prospexisset, ab omnibus se negociis prorsus abstinuit. Die Jouis in coena Domini (vigesima septima ante eius di-

[1] Ex Salmeronis commentariorum volumine XVI, pagg. 477-478.

[2] Die 1 Maji e vivis excesserat Pius V, ut paulo inferius dicitur.

scessum die) sanctissimo Christi corpore, vt breui morituri viatico sumpto, mortem intrepido animo, et in acerbo dolore patientissimo expectauit: quae omnia ex Marci Antonii Mureti [3] oratione in eius funere habita, fusius et dilucidius multo cognoscere poteris, in qua (mihi crede) nulla ei viro tributa laus est, quam non eius virtus longe superaret. Deuoti autem sui Deo animi, tum vel maxime manifestum edidit signum, cum septem praecipuas Romae sacras aedes iam grauiter affectus visere instituit, a quo nullis vnquam suorum precibus aut lacrymis potuit dimoueri. In harum singulis adeo prolixe intenteque orabat, adeo lacrymas ex intimo erutas corde fundebat, ita humiliter et demisse terram osculabatur, vt perfacile esset iis qui aderant intueri, his locis, quae dum viueret, omni pietate coluerat, in coelestem patriam euolaturus, sempiternum vale dixisse. Auxit non mediocriter acerbitatem morbi, die illo animi, corporisque suscepta contentio, nam decimo post die, ipsis Calendis Maii, duobus ante Solis occasum horis, non sine ingenti nostrorum omnium moerore decessit, cum tamen quinque fere dies, agens animam, antequam vltimum efflaret spiritum, perstitisset: tantum in eius animo roboris erat et neruorum. Cuncta in tempore Ecclesiae Sacramenta percepit, quin et illud Extremae Vnctionis sua sponte biduum ante petiuit; fuit eius omni tranquillitate, et felicitate plena migratio.

Contigit enim ei (quod et ipsum felicissimum est, et raro Pontificibus euenire solet) inter sui amantissimos, sciens ipse prudensque mortem obire. Toto hoc tempore Pontifici praesto fui, tum vero et Generalis ordinis Praedicatorum [4], Boschi Prior, pater Serafinus [5], Cardinalis

---

[3] «Marcus Antonius Franciscus Muretus (Muret), Gallus, patria Lemovicensis, Illustris Criticus Grammaticus... Eloquentiae Professor Parisiis, Romae quoque Rhetoricam, Philosophiam et Jus Civile docuit, Gregorio XIII et Purpuratis Patribus ob dicendi gratiam et eruditionis copiam acceptissimus. Huic lucem plurimam debent Veterum Scriptores, praesertim Terentius, Horatius, Catullus, Tibullus, Propertius, Aristoteles, Xenophon, Salustius et alii, quos *Notis* et *Emendationibus* illustriores reddidit... Obiit *Muretus* 4 Junii an. 1585.» MICHAEL A S. JOSEPH, *Bibliographia critica*, III, 260.

[4] Seraphinus Cavallius (Cavalli), natione longobardus, patria brixiensis, anno 1571, magister generalis creatus. PIÒ, *Delle vite de gli huomini illustri di S. Domenico*, II parte, lib. IV, pag. 265.

[5] Inter scriptores ordinis praedicatorum eo tempore florentes recensetur P. Seraphinus da Merodio. An autem idem ille fuerit, qui hic nominatur, non satis compertum habemus. Cf. PIÒ, loc. cit., pag. 285.

Alexandrinus [6], Rusticuccius [7], Aquauiua [8], Cubicularii eius intimi, Capellanique duo, simul lacrymantes aderant, circumque illius lectum astantes, precibus, lamentis, et gemitu sumus abeuntem prosecuti. Venit eo, animam emittente Pontifice, Cardinalis Placentinus [9], qui demortui oculos clausit. Deinde cadauer in secretius quoddam ab ipso nuper extructum cubiculum, tulimus. Fuere de exsecti corporis vesica tres elati ea granditate calculi, vt mirum sane videretur, tam diu male affectum corpus vitam ducere potuisse. Adeo tranquille et placide haec gesta sunt omnia, vt ne minima quidem populi motibus tumultuose quicquam audendi (vt assolet) facultas data sit, atque adeo, quod caput est, Pontifex ille vere Pius, eam quam pene afflictam, et in deterius labantem accepit Ecclesiam, firmissimis aduersus immanes Turcas, et Haereticos Catholicae fidei impugnatores, perditeque et scelerate viuentes, munitam praesidiis, religione, sanctitate, diuitiis, et omni ornamentorum genere auctam, recreatamque reliquit.

Consecuta est Sedes vacans, nonnullis a plebeis tantum hominibus, interque se ipsos rumoribus concitatis, quo tempore illud vere dicam, tum Cardinalium, tum vero meorum familiarium plurimos, mihi testimonio esse posse, quibus plane totius euenti rationem praedixerim: sic enim existimabam, spe quantumuis minima reliqua illi, quem homines multum semper dignitatis, et in hoc ordine autoritatis habere intellexerant, Pontificem creari non posse, eo sublato, hunc continuo sententiis omnium creatum iri. Neque enim difficile erat Cardinalium animos in hanc proclines partem, in reliquas longe dissidentes cernere; iam vero Conclaue ingressi, in ipso primo scrutinio, quem Spiritus sanctus elegerat, aperte ostendebat. Vix itaque duarum horarum spatio Pontificem M. eligimus, cuius quidem bene gestae rei gloriam, non iniuria Cardinalis Alexandrinus, caeterique omnes, qui a Pio V. huic sumus ordini aggregati, nobis possumus vindicare. Quibus sic a principio constitutum

---

[6] Michaël Bonellus (Bonelli), Pii V pronepos, et ab eodem cardinalis creatus.

[7] Hieronymus Rusticuccius (Rusticucci), italus, intimus et supremus Pii V secretarius, et, ab eodem ad cardinalitiam dignitatem evectus, Sixto etiam V a secretis fuit, Urbisque vicarius generalis.

[8] Julius Aquaviva, filius Joannis Hieronymi, ducis Atriae, et nostri P. Claudii Aquaevivae nepos, cardinalis a Pio V creatus.

[9] P. Paulus Aretius (Burali), placentino sacerdotio insignitus, cardinalium senatui ab eodem pontifice Pio V aggregatus, et a Gregorio XIII archiepiscopus neapolitanus nominatus. Vide *Epist. P. Salmeronis*, I, 603.

fuit, Dei Ecclesiam, eius redemptam sanguine, non cuiuis temere committendam, sed ei demum, qui insigni pietate, sapientia et integritate, praeter caeteros eluceret; quem si nacti essemus, propria vtilitate neglecta, in eam pedibus manibusque esse eundum. Ecce autem voluntas Dei fuit, vt is nobis occurreret, quem tota haec vrbs multis abhinc annis virum integerrimum, iuris vtriusque doctrina excellentem, rerum omnium peritia insignem esse cognouit. Nos igitur nostra praestitimus, de reliquo ipse viderit, in quem tota Christiani nominis machina inclinata recumbit.

Nos sane sic existimare debemus, cui septuagesimum primum aetatis annum agenti, tot uirtutes strenue famulatae sunt, nunc cum vel maxime opus est, eum minime defecturas. Nec incerta quidem adhuc huius rei nobis pignora dedit, nam et his orbis terrarum partibus, vbi Catholica religio oppressa iacet, omne suum praesidium, opemque laturum, et sacrosancti Concilii Tridentini decreta ad vnguem executurum, et sanctissimum a Pio Quinto coactum foedus opportuno auxilio foturum, et mores tam priuatim quam publice, tam domi quam foris, ad exemplar verae solidaeque religionis efficturum esse promisit, in primo consistorio se obseruationi Pii Quinti bullae de non alienandis [10] etc. solenni iureiurando deuinxit. Posteaque vt nos semper in officio contineremus, et in primis vt libere et sincere interrogati sententias diceremus, cohortatus est. Reliquum est vt cum Dauide petamus «Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis [11].»

In proxime habito Consistorio, postridie Calendas Junii, fratris sui filium in Cardinalium Collegium Pontifex asciuit [12], qui galero biduo post insignitus est, assueto prius iureiurando praestito (nec enim annus experiendi regulam ad hanc religionem nomen dantibus tribui consueuit.) Sed de his rerum mutationibus crebris perbella certe illa est (quam nosti) Ecclesiastici sententia: «Omnis caro sicut vestimentum [a] veterascet, et sicut folium fructificans in arbore viridi; alia generantur, et alia

[a] foenum *edit. Vulg.*

[10] Sermo esse videtur de litteris apostolicis *Admonet nos*, 29 Martii 1566 datis, quibus «decernit quod Ciuitates et loca Sed. Apost. alienata, vel infeudata, tam deuoluta, quam deuoluenda ipso facto censeantur Sedi Apostolicae incorporata.» CASTELLANUS, *Compendium Constitutionum Summorum Pontificum*, fol. 123v.

[11] Ps. LXVII, 29.

[12] «Philippus Boncompagnus, Bononiensis, Gregorii Papae XIII ex fratre Boncompagno Senatore nepos.» CIACONIUS, loc. cit., II, 1223.

deiiciuntur, sic generatio carnis et sanguinis, alia finitur et alia nascitur [13].» Nostrae vero nunc partes erunt, vt summis precibus a Deo contendamus, vt ei quem ouibus suis praefectum constituit, vestigiis suis insistere sua benignitate concedat, vitaeque eius cursum ad sui nominis gloriam protrahat, cuius rei vel praecipua quidem Cardinalibus cura debet incumbere; nam et quot mutationes, tot casus esse solent, et difficile ac laboriosum praefecto est, tam debitum conscientiae officium exequi conantibus, quam propriis affectibus inseruire cupientibus, in re simili, sibi ipsis plene cumulateque satisfacere. Vale, meque, tuis, fratrumque tuorum precibus maiorem in modum commenda.

Romae, die primo post festum Christi corpori dicatum. 1572.

Admodum R. P. V. vti filius in Domino obsequentissimus, A. Card. Carafa.

355

CARD. ANTONIO CARAFFAE

NEAPOLI ANNO 1572 (?) [1].

Locum difficilem concionis S. Stephani protomartyris, in actibus apostolorum contentum, declarat.

Illustrissimo ac Reuerendissimo Domino Antonio Carafae,
S. R. E. Cardinali
Alfonsus Salmeron e Societate Iesu S. D.

Illustrissime ac Reuerendissime Domine.

Ervditissimis sane ac pientissimis literis tuis maiorem in modum me oblectasti: tui namque perpetui et inexhausti conatus et labores in purganda et emaculanda lectione 72 Interpretum, quos in dies subire cogeris [2], in causa sunt, vt Epistola tua nihil

[13] Eccli., XIV, 18, 19.

[1] Ex Salmeronis commentariorum tomo XVI, pagg. 482-492. Argumentum hujus epistolae uberius tractatum reperies in tomo XII commentariorum ejusdem Salmeronis, tractatu XXIV.

[2] Baronius in apparatu ad annales ecclesiasticos ita Antonii Caraffae laudes complectitur: «Quis unquam compluribus retro decursis seculis adeo de christianis literis bene meritus reperitur atque Antonius cardinalis Caraffa? cujus industria intermortua editio Septuaginta duorum rediviva inexpectata comparuit ..?» «Prodiit Romae 1587, quae editio est rara multumque expetita a viris eruditis, hinc eam recudit Joannes Morinus 1628... Ceterum de laboribus meritisque hujus cardinalis in hac editione cf. plura in cl. Le Long, *Bibliotheca s.*, cap. 3, p. 187 ss. .» Hurter, *Nomenclator*, I, 97.

aliud mihi, quam eruditam quandam pietatem, siue piam eruditionem spirare videatur. Quod vero nostra de 72 Interpretum autoritate sententia tibi quoque perinde, atque mihi probata fuerit, libentissime legi: noui enim quanto et quam acri iudicio sis praeditus; vt proinde mihi gratulari queam, cum video abs te confirmari, quae mihi non sine aliqua formidine, quasi magis probabilia, et veritati consentanea videbantur.

Dum vero in Epistolae tuae coronide, ad obscurissimum locum ac densissimis tenebris obsitum explicandum inuitas, qui in Protomartyris Stephani concione continetur, vehementer admiratus sum. Video enim in primis in te inexplebile quoddam discendi desiderium, et incredibile Sacrarum literarum studium, vt Isocratis sententiam commode tibi adaptare possim: «Ἐὰν ᾖς φιλομαθὴς ἔσῃ πολυμαθής [3]. » Vt enim alimenti appetitio certum signum est bonae corporis temperaturae; at cibi et potus abominatio infirmum corporis habitum ostendit; ad eum plane modum, apertum est sani animi argumentum, cibum spiritualem verbi Dei et esurire et sitire. Et dum tanto desiderio accenderis sacra Dei eloquia scrutandi, in te impleri video illud Spiritus sancti per Salomonem dictum: *Quoniam dignos se, ipsa* (scilicet Sapientia) *circuit quaerens, et in viis ostendet se illis hilariter, et in omni prouidentia occurret illis. Initium enim illius verissima est disciplinae concupiscentia* [4].

Deinde maiorem mihi attulit admirationem, quod mea oratione posse illum locum illustrari atque elucidari existimaueris, in quo video magnos ac doctissimos viros aut certamen detrectando siluisse; aut post promissa, deterritos loci difficultate, periculum sui facere non voluisse. Possem itaque magnorum virorum exemplo, a Gordiano isto nodo dissoluendo me excusare, et imperitiam meam profiteri; et rogare, vt in alios valentiores humeros tantam sarcinam reiiceres. Sed quid faciam? Cum te id impense postulantem et expetentem intueor, compellor a mea sententia discedere: et profecto tibi tanto in Ecclesia Dei viro, sacrarum

---

[3] ISOCRATIS *orationes omnes* (Francofurti 1540), *Oratio ad Demonicum*, fol. 5r.

[4] SAPIENTIAE, VI, 17, 18.

literarum studiosissimo, ac tot modis de me benemerito, negare quicquam non audeo, etiamsi non ignorem, vbi multa insulse de hoc loco dixerim, meam me nihilominus proditurum imperitiam: maluique abs te desiderari prudentiam ac scientiam meam, dum tuae obsequor voluntati, quam si id facere detrectem, beneuolentiam. Dicam igitur quid sentiam; sed ita, vt aliis, qui plus ingenii viribus, et doctrinae opibus pollent, locum relinquam, et modestiam Christiano viro dignam adferre conabor: nihil hic per contentionem, nihil per inanem gloriam, nihil denique per contradictionis spiritum, quo, vt dici solet, altercando veritas amitti solet, dictum inuenietur. Sed iam mihi verba attexenda sunt, super quorum intellectu erit disceptandum. Ait ergo magnus Stephanus: *Et descendit Iacob in Aegyptum; et defunctus est ipse et patres nostri; et translati sunt in Sichem, et positi sunt in sepulchro quod emit Abraham...* [5].

Haec sunt, illustrissime domine, quae in his paucis Stephani verbis se mihi dicenda obtulerunt: patienter, vt soles, quaeso, legito, et nostrum de te bene merendi studium boni consulito. Gratissimis autem auribus exciperem, si quis aliud probabilius, aut praedicto loco explicando consentientius proferret, quodque omnes eius nodos dissolueret: et magna me gratia abs te cumulatum existimauero, si ex Doctore, quem tua autoritate coactus egi, me discipulum reddideris. Vale.

356

IGNOTO VIRO

NEAPOLI ANNO 1572 (?) [1].

De vocis «Missa» etymologia et significatione.

Vidi Locos illos Cassiani, quos D. Petrus Chiaconius [2] com-

---

[5] Act., VII, 16.

[1] Ex Salmeronis commentariorum tomo XVI, pagg. 498-502. Vide insuper quae de hoc argumento affert Salmeron in commentariorum volumine VIII, tractatu XXVIII.

[2] Petrus Ciaconius (Chacón), toletanus, «grammaticus insignis, eruditissimus Philologus, Philosophus ac Theologus: denique totius antiquitatis Emendator sagacissimus pariter ac foelicissimus, quem exteri summi Virum

munis amicus ad te ex Vrbe miserat, vt ex illis plane coniectare valeres, Missae vocem apud illum autorem vsurpari solitam pro Diuini officii celebratione, quod olim Monachi die et nocte recitare solebant, quemadmodum et a nostri seculi Monachis horae Matutinae et Vespertinae cum Prima, Tertia, Sexta et Nona, et aliis horis solenniter decantari consueuerunt. Sane a principio in eandem suam sententiam adducebat me acerrimum doctissimi illius viri iudicium, cui ego multum, vt nosti, tribuere soleo. Nam putabam Missam recte accipi iuxta morem Hebraeum pro sacrificio spontaneo; at preces et orationes, quae Deo exsoluuntur, per metaphoram apte sacrificia et oblationes vocari posunt, iuxta illud: *Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum* [3].

Tu vero, qui proprie Missam accipi pro sacrosanto Eucharistiae sacrificio contendebas, quod non minus noctu, quam luce olim offerri consueuerit, rogasti vt nonnihil vellem super ea re serio cogitare, et propositos Cassiani locos discutere, vtrum magis tuae, an D. Petri sententiae quadrarent, et cuiusnam opinioni illi loci magis patrocinarentur. Cum igitur animum ad has cogitationes intenderem, incidi in tertiam quandam vocis illius significationem, cui omnes illi loci facilius et verius mea sententia accommodarentur, quam tibi examinandam, et nisi fallor, etiam tuo judicio comprobandam offerre constitui... Si tu tamen pro tua insigni sapientia ac prudentia aliud solidius et accommodatius inueneris, et admoneri me perlubenter patiar, et discere abs te firmiora non grauabor. Vale.

---

ingenii et industriae appellant, et omni laude majorem vociferantur... Roma quasi novum Hesperiae lumen *Ciaconium* mirata est; hominem nempe velut ex aureo saeculo redivivum, et Veterum Doctioribus non injuria praeferendum, sive ob vitae morumque integritatem, sive ob sermonis elegantiam ac nitorem, sive propter modestissimam, ab omnique fastu alienam gravitatem... Joannis Cassiani opera ferme ab omnibus tunc neglecta, propter errata frequentissima; ita correxit, restituit, emaculavit, ut potius curae ejus debeantur, quam Auctoris ingenio ac labori...» MICHAEL A S. JOSEPH, *Bibliographia critica*, III, 444-445. Cf. etiam HURTER, loc. cit., I, 104 105. Cave ne hunc cum alio Ciaconio (Alphonso), a nobis saepius allegato, confundas.

[3] Ps. CXL, 2.

357

DOCTORI FRANCISCO ASTUDILLO

NEAPOLI 18 JULII 1572 [1].

Quodnam in lege diceretur peccatum ex ignorantia, et quodnam ex contemptu; quaenam peccata essent sacrificiis expiabilia, et quaenam non, erudite exponit, dubiaque occurrentia dissolvit.

Domino Doctori Astudillo Alfonsus Salmeron e Societate Iesu S. D.

Fateor peccatum meum, quod literas tuas priores in latebras quasdam se abdere permisi, ex negligentia, vel, si velis, ex obliuione seu inconsideratione fuisse profectum; iam si posteriores simili errore perire, vel se subducere paterer, deliquisse me per superbiam, siue ex contemptu existimarem, neque dignus essem tuas in posterum amplius accipere. Quoniam igitur tuis interrogationibus modum vllum non ponis, sed adhuc vrges, vt meam explicem sententiam, quae sint peccata ex ignorantia, et quae ex superbia vel contemptu, non grauabor iterum de his latius disserere, et ea, quae mihi nunc occurrebant ad nodi propositi dissolutionem, tibi communicare: fortassis enim cum in hanc quaestionem serias animi cogitationes impendimus, illud posset nobis contingere, quod dici solet: *Gutta cauat lapidem, non vi, sed saepe cadendo.* Dicam igitur primum quid sit peccatum ex ignorantia, et quid ex contemptu vel superbia; deinde, quae peccata legis sacrificiis expiabilia essent, et quae non, quantum possum coniectura assequi, declarabo; postremo ad propositas dubitationes tuas breuiter respondebo...

Iam libet tecum expostulare, quod leges amicitiae violasse mihi videaris: cum enim proximis diebus, grauissimo praecedente examine, amplissimum canonicatum Hispalensis Ecclesiae magna cum tua laude sis consecutus; debebas profecto, si me amabas, huius tanti tui honoris, et ad altiorem gradum promotionis participem efficere, acerbum enim mihi visum est, vt cum haec omnia ad multorum communium amicorum aures peruenerint, qui non ignorant frequentes me abs te literas recipere,

[1] Ex Salmeronis commentariorum volumine XVI, pagg. 508-512.

huius rei ne verbum quidem abs te accepisse. Sed vtcunque te expurgare volueris, diluta prorsus et euanida erit apud me omnis satisfactio tua. Interim vale; et pro me ad Deum preces fundere, si vis mihi plene esse satisfactum, ne dubita.

Neapoli 18 Julii.

358

DOCTORI FRANCISCO ASTUDILLO

NEAPOLI 29 AUGUSTI 1572 [1].

De peccatis ex ignorantia vel ex superbia in lege commissis, et de ratione, qua expiabantur, ad varias interrogationes respondet.

Tandem tuae illae literae, quae se in latebras, abdiderant, casu quodam dum aliud ago non sine vehementi mea admiratione in lucem prodierunt, et sese in manus obtulerunt nostras, et quoniam illae eodem videntur spectare, quo et posteriores, dum vltimis respondeo, vtrisque vna opera respondisse videbor...

Haec pauca breuiter censui tuis literis esse respondenda. Equidem sententiam tuam, vt certis rationibus nixam et probabilem exosculor et amplector, etsi vt a mea discedam, nihil hactenus quod me ad id cogat videam, et nonnulla rursus in hac disputatione perspexi, quae me ad eam retinendam commonefaciant: quanquam autem nonnulli in tuam scrupuli sese mihi obiicerent ac me vrgerent ad disceptandum, consultius tamen duxi comprimere me ipsum, ne nostrae istae literariae disputationes in infinitum abeant, et exitum vllum non inueniant, et ne nimis altercando veritatem quam quaerimus, vt dici solet, amittamus: quod si adhuc vltra progredi in animo habeas, facies id quidem pro tua voluntate et arbitrio: non impedio: quod me respondentem non habeas, boni aequique, vt consulas, obsecro; nam integer pene nobis annus elapsus est in re sane satis impedita et molesta, sed in qua nec tu mihi, nec ego tibi, quicquam persuadere hactenus potui, quin potius vnusquisque in suo sensu abundet, et in alias res iucundiores et magis frugiferas, cogitationum nostrarum aciem intendamus: vt hac variarum vicissitudine rerum, tantisper recreemur, atque reficiamur. Vale, vir doctissime,

[1] Ex Salmeronis commentariorum tomo XVI, pagg. 515-518.

et me, vt in tuis iugibus apud Deum precibus commendatum habeas, vehementer etiam atque etiam rogo.

Neapoli die Decollationi praecursoris Domini sacro [2].

359

DOCTORI FRANCISCO ASTUDILLO

NEAPOLI ANNO 1572 (?) [1].

De septenario numero, prout in sacris litteris usurpatur; de illo Isaiae loco: «Suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis.», et cur apud Jeremiam, cap. 15, populus propter regis peccatum puniri videatur.

Domino Doctori Astudillo Alfonsus Salmeron e Societate Iesu S. D.

Non mediocriter miratus sum, quod eorum a me rationem exigas, quae tibi sunt compertissima et exploratissima, et quae potius mihi abs te erant requirenda: possum itaque tibi obiicere illud:

Exigis humorem, vt dicunt, a pumice sicco,
Humorem quo tu spongia sola mades.

Postquam igitur ita voluisti, dicam libere quicquid in buccam venerit, vt tu pro tua sapientia possis illa liberius corrigere. Primo loco per septenarium numerum non ignoras more Hebraeorum, et aliarum nationum perfectionem et integritatem designari...

Quod secundo loco petis, quid sit apud Esai. c. 40, [vers. 2], *Suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis:* profecto multos interpretes legi, et nihil adhuc inueni, quod possit aures meas implere: dicam tamen postquam ita vis me de tantis rebus philosophari...

Petis tertio loco, quomodo populus Iuda apud Ieremiam cap. 15, [vers. 4], in feruorem, siue in commotionem detur vniuersis regnis terrae propter Regem Manassen filium Ezechiae super omnibus quae fecit in Ierusalem...

Dum haec ad te scriberem, voluebam ingens saxum, nimi-

---

[2] Die nempe 29 Augusti.

[1] Ex Salmeronis commentariorum tomo XVI, pagg. 518-523.

rum illum locum Matthaei 19, [vers. 9], *Ego autem dico vobis: Quicunque dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis caussa, facit eam moechari: et qui dimissam duxerit, moechatur*. Nosti quanti tumultus et tragoediae excitatae sint nostro seculo in huius loci intelligentia...

De his tu serio cogitabis, et dignam te ipso et eruditione tua solutionem dabis: quae mihi tot alioqui ambagibus, et difficultatum anfractibus agitato, non poterit non esse gratissima, quae septies lecta et repetita placebit: nec enim septuplicem, imo ne duplicem quidem quaestionem tibi propono, sed simplicem. Non audeo praesentibus literis de pluribus aliis interrogare, ne te multitudine obruam. Quare ne sis asymbolus, quaeso, vt ad hanc tantum quaestionem pro tribus, quas ad me misisti, respondere non pigeat. Bene vale.

360

CARD. STANISLAO HOSIO

NEAPOLI 29 AUGUSTI 1572 [1].

Nicolai Sanderi ejusque libri «de visibili Ecclesiae monarchia» laus.— Ecclesiae catholicae ipsique Sandero gratulatur.—Regis Poloniae obitus pervulgatus.—Cardinali Hosio, ut animum suum comparet et pectus muniat, quo patriae alterum parentem se praebere queat, exoptat.

Illustrissime ac reuerendissime Domine.

Avido sane et sitibundo animo totum Domini Sanderi de visibili Ecclesiae Monarchia volumen [2], tanquam alter librorum helluo [3] deuoraui, ac festinanter percurri, quo fidem tuam quam-

---

[1] Ex Salmeronis commentariorum tomo XVI, pagg. 536-537. Haec epistola in codice *Epist. Salmer.* non habetur.

[2] De hoc Nicolai Sanderi opere ejusque auctore haec habet POSSEVINUS, *Apparatus sacer*, II, 157: «Nicolaus Sanderus, Anglus, Sacerdos, Theologus, qui ut scriptis, sic integritate vitae, laboribusque usque ad mortem fidem Catholicam propugnavit, ac denique a Sancta Apostolica Sede missus in Hyberniam Apostolicus Nuntius, ibidem nostra aetate obiit, scripsit.... De visibili Monarchia Ecclesiae lib. 8. commendatiss., quibus instituitur disputatio de certa et perpetua Ecclesiae successione, et gubernatione Monarchica... Herbipoli... anno 1591. qui antea Lovanii ann. 1571. et Antuerpiae ann. 1580. prodierant.»

[3] His verbis alludit P. Francisco Turriano (de Torres), qui «helluo librorum» passim nuncupabatur, quia «celeberrimas totius Italiae atque maxime

primum, vt in me receperam, liberarem. Illud nunc in Vrbem vna cum his literis ad te remitto. Immortales ago gratias Domino meo reuerendissimo Episcopo Asaphensi [4], qui pro sua aduersus me charitate, fructu lectionis tanti libri ad tempus priuari sustinuit, quo magis de te ac de me bene mereri posset. Ab amplitudine tua maiorem in modum peto, vt hunc meum animum nec ingratum, nec accepti beneficii immemorem, celatum aut ignotum illi esse non permittas, caeterum me huius lectionis, etsi perfunctoriae et festinatae poenitebit nunquam, est enim is Dominus Sanderus (si quicquam est in me iudicii) et in inueniendo diues et copiosus et in diiudicando acerrimus ac perspicacissimus, in ponderandis vero siue Scripturarum, siue Patrum sententiis acutus, succi ac neruorum refertissimus. Multa praeclara in haereticorum dogmatis conuellendis atque expugnandis, pro sua sapientia producit, illos egregie flagellat, viuumque eorum plerunque tangit.

At in proposito Ecclesiasticae Monarchiae demonstrando alios scriptores, qui de his hactenus commentati sunt, longo interuallo post se reliquit, et ita rem confecit, nihil vt plenius, nihil vt fortius, atque luculentius, scribi potuisse videatur. Profecto de Ecclesia Romana illum optime meritum esse (si quis vnquam alius) quis nisi ingratus et iniquus scriptorum arbiter inficiari valeat? Ecclesiam illam super petram structam solidis Scripturarum firmamentis apertisque Sanctorum Patr[u]m testimoniis, firmisque rationum momentis non tantum celebrauit, et illustrauit, verum ab omnibus Haereticorum (qui pene innumerabiles, vt nosti, extiterunt) machinis, fraudibus, atque impressionibus vindicasse videtur.

Gratulor itaque Dei Ecclesiae, quod tam strenuum sortita sit militem, hostium quidem suorum impugnatorem acerrimum, at dignitatis et maiestatis suae inuictum propugnatorem: gratulor

insignes bibliothecas pene omnes pervolutaverat, et quasi helluo librorum devoraverat, praecipue graecorum et vulgo ignotorum auctorum». HURTER, *Nomenclator literarius*, I, 105.

[4] Thomas Goldwell, qui anno 1556 episcopus creatus, anno 1559 a sua dioecesi expulsus, in exilium secessit, et Romae anno 1581 e vivis sublatus est. GAMS, *Series episcoporum*, pag. 180.

quoque ipsi tibi, non solum quod tuo hortatu et impulsu (vt mihi promptum est credere) rem tam praeclaram, et Ecclesiae Dei salutarem absoluerit, et in lucem emiserit, sed etiam quod talem ac tantum virum penes te habeas, et omnibus charitatis officiis pro tua beneuolentia prosequaris.

Denique et ipsi Domino Sandero congratulor, non solum ea ratione quod pro fide catholica et Christi Ecclesia extorris a patria sua per tot annos vitam agat, quod certe omnibus fidei oculos habentibus plane est gloriosum, et cum multis, et illis quidem illustribus in Ecclesia Dei Patribus commune, verum et illa quoque quae magni est apud me momenti, quod vt Joanni dilecto discipulo in Pathmos insulam relegato, abdita Ecclesiae Christi mysteria datum est multo ante prospicere atque describere, ita illi desuper largitum fuerit, eandem Domini sponsam ab eius capitalissimis hostibus (quod attinet ad praecipuam et digniorem eius partem) accusatam, dehonestatam, et omnium criminum sordibus respersam, mirifice propugnare atque defendere, eiusque innocentiam, splendorem et gloriam, vel ipsis haereticorum oculis, si illos aperire velint, intuendam proponere. Qua in re egregiam ac salubrem operam ille suis Angelis [5] ad fidem orthodoxam reuocandis, et ad Ecclesiam Catholicam tandem agnoscendam, amplectendamque reducendis operam mihi videtur impendisse. Quod si illi, obsistente tenebrarum principe, et mentes eorum occupante, eam Ecclesiae gloriam nunc non videant, veniet tamen dies aliquando, quo Dei gratuita munificentia, abstersa omni haereseos caligine illam ipsam agnoscant, et cum fructu sui quondam exulis tandem libros perlibenter legant, interim cum nullum sit maius conscientia theatrum virtuti, vt ille dixit [6], illo contentus esse debebis, et quod eius scripta in pretio apud Catholicos merito habeantur. Sed ne forte, illustrissime Antistes, existimare valeas, me quicquam aut tuis aut eius auri-

---

[5] Sic, pro Anglis. Alludit hac vocabuli mutatione ad Gregorii Magni appellationem pueris anglis sibi Romae exhibitis datam. Cf. *Acta Sanctorum*, Martii tom. II, 140 (Parisiis-Romae, 1865).

[6] MARCUS TULLIUS CICERO, *Quaest. Tuscul.*, II, 26. En Ciceronis verba: «Nullum theatrum virtuti conscientia majus est.»

bus dare voluisse, modum orationi meae ponendum esse putaui. Candidi viri est ingenue quod sentiat profiteri, et illum qui dignus existat, suis laudibus minime defraudare.

Noli quaeso cogitare me hoc testimonium mei ipsius gratia reddidisse: nam scribis me hic regnare [7], et a regno meo diuelli non posse, et male me haberi hic primum, quam Romae secundum, atque ob hanc causam Dominum Sanderum sententiam de Monarchia siue regno suam facile mihi comprobasse, tales enim te cogitationes de me habiturum in animum induxi meum, cum esses haec ipsa lecturus: verum cum regnum meum commune sit omnibus sacro initiatis baptismo, de quibus scripsit Dilectus: *Fecisti nos Deo nostro Reges, et Sacerdotes* [8]: et talis sit haec mea Monarchia, vt Philippo Regi, et eius vel minimis ministris sit subiecta, profecto non minus pro aliis, atque adeo pro amplitudine tua, quam pro me ipso Monarchiae sententiam amplectendam, ac retinendam merito arbitratus sum.

Parum falsus rumor his diebus ad nos perlatus est, de morte serenissimi vestri Regis, et plurimum soliciti sumus de eo, qui in eius locum cooptandus sit [9]. Neapoli quotidie per omnia templa et aras preces fiunt pro fidelis, et orthodoxi principis electione, ita enim Pontificem summum pro suo munere pastorali mandasse credimus. Nos certe, quod in nobis est, Deo nobis bene fauente, praestabimus vt debemus. Deus clementissimus pro sua incomparabili bonitate Ecclesiae suae preces audire dignetur, et tanti regni saluti prospicere. De tuo in Vrbem reditu cogitare coepi, postquam regnum Neapolitanum inuisere dedignaris: iam pluuiis istis quas habuimus coepit tempus ab illis aestatis ardoribus nonnihil mitescere, verum tu dabis operam vt valetudinem tuam Ecclesiae Catholicae, et peculiariter tuae Poloniae nunc laboranti diligenter serues, quo eius commodis, et incolumitati inseruire melius valeas: vt enim parentum vita filiis, dum adhuc per aetatem vel fari, vel ratiocinari nequeunt, necessaria iudica-

---

[7] Vide *Epist. P. Salmeronis*, I, 533, annot. 2; et supra, epist. 255[a], 323[a] et 326[a].

[8] APOCAL., V, 10.

[9] Sigismundus Augustus obiit 7 Julii 1572.

tur, ita, vt animum tuum compares, et pectus tuum munias, percupio, quo patriae tuae, et amplissimo Poloniae regno, te tanquam alterum parentem et agnoscas, et praebeas. Bene vale, Illustrissime Domine, tuique seruuli Alfonsi memoriam, ab omni specie regni nudatam, et circumscriptam in iugibus tuis apud Deum precibus, pro tua pietate ne facile excidere patiaris. Doctissimos viros, qui tibi assistunt, Dominos Sanderum et Alanum, nomine meo plurimum saluere, a tua benignitate impense efflagito.

Neapoli die sacro Decollationis Ioannis Baptistae [10].

361

PATRI JOANNI DE POLANCO

NEAPOLI 14 NOVEMBRIS 1572 [1].

Neapolim se felici itinere pervenisse.

361 a

P. JOANNES DE POLANCO PATRI ALPHONSO SALMERONI

ROMA 22 NOVEMBRIS 1572 [1].

Gaudet Salmeronem Neapolim feliciter advenisse. — Comitia provincialia Neapoli maturius celebrata fuisse probat. — De instituto Societatis pristinae integritati restituendo apud pontificem agitur.

Napoli. P. Salmeron.—Hémonos alegrado mucho, entendiendo por la de V. R. de 14 del presente [2] el buen tiempo y uiaje que Dios N. S. le dió hasta Nápoles [3]: él mesmo dé á V. R. en ella la salud que para su

---

[10] Die videlicet 29 Augusti.

[1] Ex sequenti epistola, huic respondente. Cum suo praeposito generali, Francisco Borgia, Societas Jesu die 1 Octobris anni 1572 orbata fuisset, die sequenti, Polancus vicarius generalis a conventu professorum Romae commorantium creatus est. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 662.

[1] Ex regest. *Italia (1571-1573)*, fol. 144[a].

[2] Haec epistola periisse videtur.

[3] Romam Salmeronem hoc autumno se contulisse, ex sequenti ad cardinalem Caraffam epistola novimus. Hujus itineris non meminit BORRO in vita P. Alphonsi Salmeronis.

seruicio le deseamos, y al P. Benedicto Sardo [4] asimesmo, aunque por entender que no estará para leer, scriuo al P. Dionisio [5] de otro que pienso ynbiarle de aquí á 8 días, harto buen subjeto, á lo menos el mejor que de aquí podemos ynbiar.

La anticipación de la congregación que allá se abrá hecho no se jusgó aquí inconueniente, antes (como V. R. creo se acuerda) se praticó, siendo uentaja el anticipar, sin perjuicio de nadie [6].

En lo de la profession ad ordines speramos esta mañana respuesta última (y ansí en lo del choro etc.) del cardenal Aldobrandino, como uenga á dezir missa, porque ayer auía de hablar dello [7]. Y si no fuesen ynbiadas las letras lo diré abaxo.

Algunos días ha que començó á trattar con S. S.ᵈ, y començando por las razones de la parte negatiua, el papa, que pensó nos la dauan en contra los de la reforma, tomó la mano en nuestro fauor. Entonzes el Aldobrandino le dixo que todos los de la dicha reforma sentían no se debiese alterar nada de nuestro instituto: y el papa tentatiue dixo que por uentura sería bien que no se hiziesen sacerdotes hasta que ubiesen estado 5 años ó 6 en la Compañía. Y sobre esto es la dilación que ha auido, que no querríamos se pusiese en la confirmación tampoco esta restrictión de tiempo; y speramos no se pondrá, sino que se confirmará llanamente nuestro instituto como se estaba.

Del succeso será V. R. auisado.

En cuyas oraciones y sacrificios etc.

De Roma 22 de Nouiembre 1572.

---

[4] In catalogo provinciae neapolitanae, mense Septembri 1574 exarato, inter professos trium votorum recensetur P. Benedictus Sardus.

[5] P. Dionysius Vázquez, provincialis vices gerebat pro P. Salmerone, qui totus in scribendo erat. Vide epist. 332ᵇ.

[6] Borgia die 1 Octobris vita functo, comitia provinciarum indicta fuerant, ut in iis eligerentur, qui Romam ad generalem conventum cum provincialibus profecturi erant.

[7] De his cf. ASTRAIN, loc. cit., vol. II, lib. II, cap. VIII.

362

CARD. ANTONIO CARAFFAE

NEAPOLI 21 NOVEMBRIS 1572 [1].

Prospero itinere se Neapolim advenisse nuntiat.—Gratias pro libello sibi dato agit, alterumque sibi commodari poscit.—Joannes de Austria Neapoli versatur.

†

Illmo. et Rmo. signore [2].

Nel uiaggio mio hebbi un tempo molto propitio e fauoreuole del Signor, perchè nè fu caldo grande, nè freddo, nè pioggia, ma un tempo mezzo e soaue e coperto dal sole, tale che il migliore non poteuo desiderare; et il giorno seguente dopo la mia uenuta in Napoli, cominciò a piouere dirottamente. E così io gionsi sano, Dio gratia, e trouai similmente tutti questi nostri fratelli e seruitori di V. Sria. Illma. allegri et sani.

La signora Gioanella [3] subito mi fece uisitare, et io son' andato a uisitarla. Sta contenta delle buone nuoue che gl' ho dato del miglioramento e sanità di V. Sria. Illma. [4], dalla qual questa settimana ho hauuto le littere sue, accompagnate con quel libretto, dil che ne resto obligatissimo a V. Sria. Illma., et desidero dar vn occhiata a quello libro, che parla della uenuta di san Pietro a Roma, se a V. Sria. Illma. parerà, e quando gli parerà, per euacuare alcun [a] dubio che tengo circa questa materia: e distolo, procurarò di rimandarlo quanto prima, se pur parerà a V. Sria. Illma. che tal lettione sia operae pretium [5].

Ho hauuto molto a caro hauer ritrouato qua vna bibia an-

---

[a] alcuni *ms.*

---

[1] Ex archetypo, Romae, in Bibliotheca Barberiniana, LXI, 37, 2 fol., nn. 156, 157, prius 254, 255.

[2] Cardinalem Caraffam cum Salmerone intima amicitia conjuctum fuisse, passim ostendunt superiores epistolae.

[3] Joannella Caraffa mater erat cardinalis Antonii Caraffae. Vide epist. 258, annot. 2.

[4] Ex his apparet Salmeronem Romae cardinalem Caraffam, amicum suum, invisisse.

[5] Vide epistolam sequentem.

tuerpiense, come quella di V. Sria. Illma., se ben non è ligata; ma procuraremo di farla ligare il meglio che si saperà fare, alla napolitana.

Nè per hora altro mi occorre di che poter dar' auiso a V. Sria. Illma., se non che qua habbiamo il signor don Giouanni di Austria [a], delicias urbis et orbis, et con la sua presentia la nobilissima città di Napoli è illustrata, e supra modum exhilarata.

Nostro Signor gli dia gratia che con le opere simili a quelle dell' anno passato ci possa un' altra uolta rendere allegri et contenti.

Et nostro Signore la Illma. et Rma. persona di V. Sria. conserui et aumenti in sua santissima gratia in beneficio della chiesa sua santa. Amen.

Di Napoli a 21 Nouembre 1572 [b].

Allo Rmo. monsignor archiepiscopo nostro et allo Illmo. signor marchese, si anchora stanno in Roma, bascio humilmente le mani.

Di V. Sria. Illma. et Rma. humillimo suo seruo in Jesù Christo,

ALFONSO DI SALMERON.

Inscriptio. † All' Illmo. et Rmo. signor cardinal Carafa, signor mio in X.° osser.^{mo}.

Alia manu. 1572. 21 di Nouembre. Il P. Salmerone, R[ice-vut]a a 26.

Sigilli vestigium.

---

[b] *Quae sequuntur usque ad finem epistolae sunt Salmeronis manu exarata.*

---

[a] Vide epist. 340, 341 et 344[a].

363

CARD. ANTONIO CARAFFAE

NEAPOLI POST 26 NOVEMBRIS 1572 [1].

Gratias agit pro libro graeco ad se transmisso; et quaestiones de Petri peregrinatione et chronologia proponit, quas cardinalis Sirleti opera et consilio solvendas fore sperat.

Illustrissimo ac Reuerendissimo D. Antonio Carafae, S. R. E. Cardinali Alfonsus Salmeron S. D.

Illustrissime ac Reuerendissime Domine.

Perbreves quidem, atque Laconicas Amplitudinis tuae literas, insigni illo munusculo Graece conscripto, quod Apostolorum Petri et Pauli agones continebat, ornatas ante paucos dies accepi [2]. Quibus maiorem in modum exhilaratus sum, quod putabam, illo scripto meos omnes scrupulos ac dubitationes, quibus saepe agitatus sum, in eo quod ad beatorum Petri et Pauli consummationem attineret, euacuandas penitus, atque amouendas. Etsi vero, quantum possis autoritate et gratia apud Illustrissimum Cardinalem Sirletum [3], satis hoc ipso declaraueris, meamque prorsus fidem confirmaueris (nihil enim putaui, tibi, tali ac tanto viro, ac de illo tam bene merito ab eo denegandum) in his tamen quae ad dubitationes meas spectabant, omnino falsus sum, speque mea atque expectatione frustratus...

Caeterum, ne virum doctissimum, et historiae Ecclesiasticae peritissimum, tot simul difficultatibus propositis obruas; magnopere cuperem, vt tuo quasi nomine magis quam meo (ne forte reluctetur, vt solet) sensim ac paullatim cum illo conferas, cum locus, et tempus opportunum dabitur. Dabisque operam, vt quid in quaque ex propositis quaestione vel statim, vel praemeditatus responderit (cum harum quaedam, pro sua grauitate, maturius

---

[1] Ex Salmeronis commentariorum tomo XVI, pagg. 479-481. Ex praecedenti epistola novimus hunc libellum, die 21 Novembris a Salmerone postulatum, non ante diem 26 Novembris, qua die cardinalis epistolam Salmeronis accepit, ad hunc transmissum fuisse. Hinc mense Decembris 1572 has litteras conscriptas fuisse conjicimus.

[2] Vide epistolam praecedentem.

[3] De hoc amplissimo ac sapientissimo viro aliquid attigimus in epist. 331, annot. 3.

ad respondendum tempus exigere videantur) diligenter annotare velis, mihique suo tempore per literas significare. Quod si ille forte tantum laborem detrectet, et otio suo, et quieti (cuius est amantissimus) consulere volens, nihil responderit; tuae prudentiae cogitandum relinquo, an cum alio viro doctissimo, et in historia Ecclesiastica exercitato (quorum plures Romae versari solent) hasce nostras dubitatiunculas conferre velis, et earum solutionem excipere.

Vide quantum amor erga te meus audeat, qui tantam tibi sarcinam imponere non reformidet. Verum cum te mei amantissimum pro tua benignitate non vulgaribus argumentis intellexerim; ac te harum rerum cupidum non minus quam me esse cognouerim; putaui huiusmodi laborem fructu et praemio suo apud tuam Amplitudinem non cariturum. Et nisi me mea fallit opinio, haec bene cognita ac comprehensa, ad multa vtilia esse possunt. Proinde excusatus esse apud te cupio, si plusquam par sit, audax esse videar. Remitto tibi opusculum illud Graecum, vt iussisti, quod cum incerti sit autoris, minus firmam reddit Lectoribus fidem. Videtur autem prae se ferre speciem cuiusdam homeliae, vt finis eius indicat, et ab aliquo Latino scriptore, aut Graeco Latinas voces libenter vsurpante, conscriptum. Eo porro animo a me mittitur, vt illi cuius est, cum amplissima gratiarum actione, et officiosissima salutatione, restituatur: meque eius gratiae ac benevolentiae, quam quidem ego semper maximi feci, commendatissimum reddere cures: ad quem ego literas interdum darem libentissime, eumque in nonnullis arduis Scripturarum quaestionibus consulendum putarem, nisi meliora eius studia, et serias cogitationes meis ineptis et fortasse curiosis interrogationibus interpellare vererer. Mitto ad te, quas accepi a primario ordinis Principe et Collega, literas prioribus non dissimiles, ita tamen vt lectas, quo commodius illis respondere valeam, quam primum ad me remittas. Vale ampliss. Cardinalis, tuumque per omnia Alfonsum consueta humanitate prosequere.

364

PATRI JOANNI DE POLANCO

NEAPOLI 6 DECEMBRIS 1572 [1].

De lectore ad collegium neapolitanum mittendo.

364 [a]

P. JOANNES DE POLANCO
PATRI ALPHONSO SALMERONI

ROMA 13 DECEMBRIS 1572 [1].

Stephanus Paez Neapolim cum duobus sodalibus mittitur, et bonus lector evasurus speratur.

Napoli. P. Salmeron.—Vedendo quel che V. R. per la sua di 6 [2], et il P. Dionisio [3] scriuono intorno al lettore, non è parso nè a me, nè a nessuno di questi Padri che si douesse mandar quel che qui haueuamo disegnato: con tutto che tuttauia ci pareua che nella sufficientia hauerebbe benissimo sodisfatto, etiam più che non si potria sperar d' altri; et che quanto ai costumi et portamenti si sia non poco rinouato; et così si è pigliata altra risolutione per non dar disgusto a nessuno.

Si manda dunque il fratello Stephano Paez [4], il quale non dubitò che, quanto alla bontà et uirtù non habbia da sodisfare, et quanto alla dottrina ancora, per hauer udito theologia 4 anni. Con lui uengono li fratelli Giovanni Battista falegnam[e], et Giouanni sacristano, de quali perchè si scriue al P. Dionisio più in particolare, non dirò altro in questa.

Il fratello Giovanni Andrea si manderà a Loreto, come V. R. scriue.

Ho hauuto a caro saper quel che V. R. dice di Monserrato: nientedimeno penso che non accaderà altro in questo. Tutti ci raccomandiamo etc.

Di Roma li 13 di Decembre 1572.

---

[1] Ex sequenti epistola, qua huic respondetur.

[1] Ex regest. *Italia (1571-1573)*, fol. 150v.

[2] Has Salmeronis litteras interiisse existimamus.

[3] Dionysius Vázquez. Vide epist. 332b, et 361a.

[4] In catalogo collegii neapolitani anni 1574 inter collegii sacerdotes P. Stephanus Paez recensetur.

365

JOANNI ANTONIO LATINO LATINIO

NEAPOLI 13 DECEMBRIS 1572 [1].

Excusat se, quod eum Neapoli non inviserit.—Ejus scientiam laudat, eumque, ut difficultates quasdam de censu Caesaris Augusti, a S. Luca in evangelica historia enarrato, dissolvere velit, modeste rogat.

†

Cum ex vrbe Neapolim appulisses, eodemque tempore idem et ego quoque iter emensus fuissem, non tantam adhibui diligentiam, quantam par erat, ut te quamprimum inuiserem, et officia atque studia mea erga te declararem [2]; nam et ego tunc saepe a multis inuisebar et uisitandi ipse alios studio detinebar: tantum autem effeci, ut illustrissimum cardinalem meum et tuum [3] accedere quidem et salutare potuerim, vbi de te nonnullus interim habitus est, et ille quidem honorificus, sermo. Cum igitur tui salutandi cupidus essem, nec tamen uerbis et praesentia assequi potuerim, decreui negligentiam meam his litteris apud te excusare atque resarcire; vt si primum, quod periocundum arbitrabar, minus obtinuerim, litteris saltem mutuis et amicis ultro citroque datis, consequi ualeam.

---

[1] Ex archetypo, Romae, in Bibliotheca Vaticana, Lat., 6201, part. I, 4 fol., nn. 28, 29, 30, 31. Conferantur quae de censu caesaris habet idem Salmeron in suorum commentariorum tomo III, tractatu XXXIII. Edita est haec epistola inter Salmeronis opera, vol. XVI, pagg. 532-535. Disquisitiones de sacra scriptura hic et alibi praetermittimus, prout in hujus voluminis prooemio diximus. Hujus epistolae alterum exemplum apographum est in Bibliotheca Vaticana, Lat. 6201, part. II, ff. 287-290v.; et alterum apographum habetur ibid., n. 6210, ff. 142r-147r. Ambo exempla sunt coaeva originalis et ex ipso transumpta. In illo priori apographo haec annotatio in fol. 287r pro titulo epistolae posita est: «Exemplum; nam autographa epistola missa fuit ad Stanislaum Hosium cardinalem 24 Feb.» Responsio ad hanc epistolam Salmeronis habetur in Bibl. Vat., Lat., 6201, part. II, ff. 366, 367; quae quidem edita est cum caeteris Latini Latinii epistolis. Incipit: «Excusari ego apud te, Salmeroni eruditissime, iam pridem...» Des. «... honestius esse omnino statuis. Vale plurimum uir sanctissime atque doctissime, et me tuis precibus... Salerni, viii cal. Mart. M.D.L.XXIII.» Sine subscriptione; unde apographum hoc exemplum existimamus.

[2] De Latino Latinio diximus in *Epist. P. Salmeronis*, I, 146, annot. 4.

[3] Marcus Antonius Columna, archiepiscopus salernitanus.

Nam ex quo apud illustrissimum atque lectissimum cardinalem warmiensem [4] tui cognoscendi copia mihi data est, te primum peculiari amore merito complectendum esse duxi. Etsi autem in aliena republica peregrinum minime curiosum esse oporteat; ab eo tamen tempore, quo me fortis Christi amor tibi coniunxit, nequaquam me quasi alienum aut peregrinum habere coepi; quare cogitare serio coepi de te, quibus potissimum distinerere studiis atque occupationibus Salerni agens; id uero mihi coniectura, potius quam certa scientia, assequi, neque difficile, neque obscurum uisum est. Existimo enim te in primis omnes animi tui serias cogitationes et graues curas eo maxime intendere, vt crediti cardinali tuo amplissimo gregis onera et labores, tua prudentia, consilio, ac industria subleues, teque in eo praesertim laborare, ut auxiliarem et administram operam tuam, quae certe et magna et salutaris non esse nequit, ad arbitrium eius et uoluntatem accommodes; deinde uero, quod superest temporis, id totum alendi pascendique animi tui gratia libenter sacris studiis, pro tua consuetudine, impendere: nam huius rei gratia, cum in vrbe una essemus, significasti magnam librorum sacrorum sarcinam inde tecum asportare deliberasse, quibus salernitanam habitationem ita condires, ut utrumque ea ratione facile consequi ualeres. Quis enim ignoret sacrarum litterarum, quae diuinitus inspiratae sunt, lectionem utilem esse «ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia; vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus [5]?» Cum igitur, uir doctissime, nocturna diurnaque manu libros sacros uersare non cesses, et nihil tibi sit magis procliue, quam de illorum uera et germana intelligentia cum aliis disserere; en ego, illorum quoque studiosus, et tui imitator, in lucem prodeo, teque de quibusdam eius obscurioribus locis percontandum esse existimaui. Non solum ut mihi consulam, dum prudenti et maturo tuo iudicio expeditas accipio dubitationum mearum solutiones; uerum etiam ut tibi occasionem praebeam ea, quae optime nosti, in alios ignaros et indigentes pro tua caritate effundendi: «Da, in-

[4] Stanislaus Hosius.
[5] II Timoth., III, 16, 17.

quit, sapienti occasionem, et addetur ei sapientia [6].» Caeterum, si hanc meam de scripturis interrogandi audaciam boni te consulere intellexero, neque illud graue et molestum sit omni te petenti tribuere; profecto tibi non parcam, sed grauioribus te quaestionibus pulsabo, ut doctrinae singulares thesauri, qui in te delitescunt, ad aliorum commoditatem et utilitatem foras erumpant. Legebam his diebus euangelica Lucae uerba de ortu Saluatoris: «Exiit edictum a Caesare Augusto ut describeretur uniuersus orbis. Haec descriptio prima facta est a praeside Syriae Cyrino [7].» ... quare maiorem in modum te rogo atque obsecro, ut de his omnibus serio cogites, et quid lucis ex tantis tenebris erui queat declares; denique quid solidius aut probabilius statui possit ad me perscribere non graueris.

Vale igitur in Christo, uir sapientissime, et me in precibus tuis apud Deum commendatum habere posthac memineris. Denique ut Illustrisimo D. amplissimam salutem meis uerbis dicas etiam atque etiam rogo.

Neapoli die B. Luciae sacra [8], 1572. Tui obseruantissimus et amantissimus,

ALFONSUS SALMERON.

365ª

JOANNES ANTONIUS LATINUS LATINIUS

PATRI ALPHONSO SALMERONI

SALERNO 25 DECEMBRIS 1572 [1].

Quantumvis libris destitutus, se responsurum spondet, suamque scientiam summa modestia deprimit.

Molto R.do Padre mio osservandissimo.

Questa mia lettera non ha da seruir' in alcun modo per risposta a la lettera di V. P. R.da, ma solamente per farle sapere che mi trouo in

---

[6] PROV., IX, 9.
[7] LUC., II, 1, 2.
[8] Id est, die 13 Decembris.

[1] Ex apographo, Romae, in Biblioteca Vaticana, Lat., 6201, part. I, unico fol., n. 25. Vide epistolam praecedentem, annot. 1.

Salerno con quattro libretti, in ottaua e XVI.ª forma: nè posso sodisfare nè a lei nè a me in un pelago di questioni così profondo. Ricordomi hauer intorno a ciò cominciato vna uolta a cercarme qualche chiarezza con la guida sola di Giosefo, non hauendo altroue trouato alcun' aiuto; ma con tutto che in esso notasse et conferisse alcuni lochi, nondimeno restai quasi nelle medesime tenebre: non mi parendo che consonasse per tutto con se stesso. Quel ch' io potrò fare qui senza aiuto de libri, lo uedrà la R.da V. subito ch' io mi possa mettere a faticare, il che posso far poco e di rado, non dico per sodisfare, o a lei, o a me, in così intricate et oscure questioni (che con ogni ben ferma sanità e vigor di corpo non potrei mai), ma perchè desidero ch' ella si chiarisca che non fu mai in me eruditione di cosa soda: ma qualche leggera, superficiale, e debol tintura di poche cose, e volgari. Nè se l' Ill.mo e dottissimo cardinal varmiense si lascia, in giudicar tal' hora di me, trasportar' dalla grandezza e tenerezza del amore, che già sopra ogni mio merito molti anni mi porta, non è però uero ch' io sia tale, quale mi crede, e mi predica. Il non hauer io fatta proua con scritti, o con parola, di cosa doue possa scoprirsi la mia ignoranza, può ben forse far correr' alcuno a credere ch' io non sia stolto, e che conosca in qualche parte me stesso: e l' hauer seruito signori di qualche importanza, ha edificato opinione in molti, che sì come essi ualeuano assai; così ancor io sia stato partecipe del loro valore: ma si ingannano molto, se bene io non niego però d' hauer imparato da loro buona parte di quel poco che so. In somma sarà giudice V. P. R.da del tutto, e crederà, come i samaritani più a quel ch' ella vedrà e toccarà con mani, che a quel che senza fondamento si dice.

Il Ill.mo cardinal mio la risaluta; e con esso me la prega ad impetrargli fauor dal S.r Iddio di pascere e gouernare queste sue pecorelle, conforme all' obligo che tiene, per honor di Dio, e salute di tutti, e Dio per sua pietà, esaudisca i preghi di V. P. R.da e la conserui molti anni a benefitio e consolatione vniuersale.

Di Salerno, il giorno del Natale di N. S.re M.D.LXXII.

L[ATINO] L[ATINI].

A tergo. 1572. 25 Xmbris. Copia de la lettera scritta al Padre Salmerone.

366

PATRI PETRO CANISIO

NEAPOLI 1572-1573 (?) [1].

Laudes sibi a Canisio collatas calcaria sibi fore ad opus inceptum perficiendum.—Opus Canisii «De corruptelis verbi Dei» laudibus exornat.—Ad librum de Virgine Deipara perficiendum solidis eum argumentis inflammatisque verbis adhortatur.—Ejus christianam modestiam collaudat, eumque verum germanum, ex ipsa hujus verbi significatione, demonstrat.—Canisio, desideranti ut arma nostri scriptores pro Gallia et Germania ab hostibus fidei catholicae defendendis arripiant, respondet difficultates exponens, quae hoc negotium difficile reddunt; non tamen deesse praeclaros scriptores, qui huic rei strenuam operam navent, affirmans..

Admodum reuerende et charissime Pater.

Si serius, quam par est et studium atque obseruantia erga te mea postulat, tibi respondere videor, id mihi adscribendum non esse, vel ex eo facile intelligere potes, quod literae tuae octauo Octobris die conscriptae, nonnisi appetente iam Natalis Domini festo, magna tabellariorum negligentia, mihi redditae sunt; in quibus sane, ne quicquam dissimulem, plurima sunt, quae me maiorem in modum oblectarunt. Nam, vt illa praetermittam, quae nonnihil animum meum offendere posse non ignorabas, quod videlicet ab initio literarum tuarum, celata nonnihil arte, in mea-

[1] Ex Salmeronis operum, t. XVI, pagg. 495-498. Quonam anno haec epistola data fuerit, non constat. Probabiliter vel anno 1572 ad finem vergente, vel 1573 ineunte scripta fuit. Primo, quia cum Salmeron et Canisius Romae tertiae congregationi generali mense Aprili anni 1573 interfuerint, vix fieri potuit quin liber Canisii, qui jam ab uno anno et amplius prodierat, ad manus Salmeronis non venisset. Aliunde, cum Salmeron difficultatem impetrandi licentiam ad libros haereticorum legendos in hac epistola tamquam recentem alleget, et anno 1572, vix mortuo S. Pio V, facilius ea facultas impetrari potuerit, ut patet ex epistolis 354 et 354*; haud probabile videtur talem rationem allegaturum fuisse Salmeronem post aliquot annos, praesertim cum de his rebus facile Canisius cum Salmerone colloqui potuerint, dum Romae anno 1573 simul versarentur. Haud tamen improbabile censemus annis sequentibus hanc epistolam scribi potuisse, praesertim si epistola Canisii, die 10 Octobris Salmeroni data et in his litteris laudata, esset illa, quam SCHINOSI, loc. cit., part. I, lib. IV, cap. 2, commemorat, quae quidem anno 1574 data fuisse videtur. Sed id parum nobis probabile redditur; ideoque hanc Salmeronis epistolam ad finem anni 1572 vel ad insequentis anni initium assignandam censemus.

rum laudum praeconia excurreris ac profusis eloquentiae tuae viribus (quae neque profecto vulgaris est, nec prudentia, aut modestia Christiana destituta) in me exornando vsus fueris, eaque mihi tribuere volueris, quae nonnisi maximis, et clarissimis viris, doctrinaeque arcem tenentibus concedi solent: ista tamen omnia nobis deuoranda, ac boni consulenda esse ob eam potissimum causam duximus, quod videlicet a Patre Canisio, id est, a viro candidissimi ac syncerissimi pectoris essent profecta. Fortassis etiam eo tuus spectauit animus, vt non tam qualis ego reipsa essem; sed qualem me per aetatem ac studiorum meorum rationem esse oporteret, describeres: aut illud cogitabas, virtutem laudatam crescere; et ita me ampliores progressus facturum tibi pollicebaris. Adde, quod his laudibus veluti quibusdam calcaribus promptum tibi fuerit eo respicere, vt me ad operis coepti, quod prae manibus habeo, molitionem, perfectionemque tacitis ac modestis incitares vocibus, atque inflammares [3]. Sed vtcunque haec se habeant, omnia tuae epistolae verba officii, beneuolentiae, singularisque tui erga me amoris certissima sunt argumenta, nec in his quicquam est ab ingenii tui candore, lenitate, atque modestia alienum; vt omnes proinde rationes quouis modo tibi iure succensendi, mihi visus fueris amputasse.

In tuum illum, «De corruptelis verbi Dei», librum [4], quem, cum prius tibi literas darem, nondum attigeram; tandem mihi inuestiganti incidere contigit; quem magna cum animi mei voluptate ad calcem vsque perlegi, et si quid est in me iudicii (quod sentio quam sit exiguum) aliud profecto mihi nihil spirare videtur, quam meum Petrum Canisium, id est, singularem et miram

---

[3] Haec de commentariis in sacram scripturam, quos eo tempore Salmeron scribebat, intelligenda.

[4] Hujus operis tunc primo editi titulum habet SOMMERVOGEL, *Bibliothèque de la Comp. de Jésus*, II, 673-674: «Commentariorvm de Verbi Dei corrvptelis liber primus. In quo de Sanctissimi Praecursoris Domini, Ioannis Baptistae, Historia Evangelica, cvm aduersus alios huius temporis sectarios, tum contra nouos Ecclesiasticae historiae consarcinatores siue Centuriatores pertractatur. Avthore D. Petro Canisio Societatis Iesu Theologo nunc primum editus. Dilingae, Excudebat Sebaldus Mayer M.D.LXXI, 4.°, ff. 364...»

pietatem, reconditam eruditionem, Patrum diligentem lectionem, spectabiles cum haereticis congressiones, germanam et orthodoxam verborum Dei interpretationem: quae omnia ita tu eleganti stylo, perspicua atque polita oratione persequeris, lectores vt moreris, afficias, mirificeque oblectare videaris. Et vt ingenue, quid sentio, fatear, cum hactenus multorum Catholicorum non contemnendae elucubrationes contra Centuriatores in lucem prodierint; nullae meo iudicio, tuis, aut iucundiores, aut vtiliores, aut, quod maximum est, nullae ad aduersariis persuadendum magis appositae, atque accommodatae hactenus extitisse visae sint. Tam blanda enim dictione illorum plagas contrectas, molliaque adhibes medicamenta, ab omnique conuitii specie, et asperiori verbo ita abstines, plane vt docere magis praeteferas, quam reuincere, sanareque potius, quam vulnera refricare videaris. Cum enim Ioannem Baptistam tuendum susceperis, ita eius virtutes detegis, detectas commendas, et commendatas lectorum cordibus infigis, vna vt opera, et Ioannem in coelum vsque efferas, et haereticum conficias, et verbum Dei a praua, et detorta Nouatorum intelligentia vindices, et ad amplectenda virtutum officia, cultu sermonis, perspicuitate, atque breuitate Lectorem cohortari coneris. Multa sane te beato Ioanni Baptistae propterea debere intelligo, qui tibi talem (vt mihi pium est credere) inspirauit scribendi rationem: quo bene fauente, tam gratam Deo, et Ecclesiae eius salutarem operam impendisti.

Sed iam maiora moliris, et pro beatae Deiparae gloria calamo decertare fortiter contendis, et gloriose [5]. Macte virtute esto, et macte ingentibus ausis. Spem magnam concipio, qua interim quodammodo laetor, et exulto, te, qui priori libro caeteros omnes vicisti; hoc posteriori facile teipsum superaturum. Nam

[5] Egregium de Beata Virgine Deipara opus a Canisio anno 1577 typis commissum est. En titulus operis ex SOMMERVOGEL. loc. cit., II, 674: «De Maria Virgine incomparabili, et Dei Genitrice Sacrosancta libri qvinqve: Atque hic Secvndvs Liber est Commentariorum de Verbi Dei corruptelis aduersos nouos et veteres sectariorum errores nunc primum editus. Avtore D. Petro Canisio Societatis Iesv Theologo... M.D.LXXVII. Ingolstadii, Excudebat David Sartorius, fol., 18 ff. pp. 780...» Cf. HURTER, *Nomenclator literarius*, I, 67.

si pro Christi seruo, etsi magno, tam feliciter dimicare tibi datum est: quid pro eius sanctissima, atque integerrima Genitrice, quae sua salutatione Ioannem in vtero sanctificauit, et prae gaudio exilire fecit, te non producturum sperare, ac polliceri debeamus? Nec enim illa pudicissima Iesu Christi mater, nostrique omnium pientissima parens, tibi eam deprecanti, atque viriliter propugnanti, cui peculiari pietate es affectus, deesse poterit; quae omnibus fidelibus, etiam de se minime cogitantibus, se solet propitiam aduocatam, protectricemque praestare? Certe quanto acriori in proelio cum hostibus versaris, ac pro ampliori re inis certamen, et contemptius Haeretici, atque abiectius de Diua Virgine, vel sentiunt, vel praedicant, vel scribunt, tanto tu praesentiorem eius opem, et patrocinium experieris, quo eam ab omnibus contumeliosis Haereticorum cogitationibus vindices, eiusque dignitatem, gloriam, illustres denique, atque splendidos titulos in lucem eruas, atque tueare. Ingens, crede mihi, exinde meritis tuis fiet accessio, magnumque propterea ex tam glorioso certamine laudum cumulum reportabis.

Quod si veteres Patres, qui simpliciter pro virginitate inter fideles seruanda laborarunt, tantam sunt laudem apud posteros consecuti, eorumque scripta, tanta cum autorum gloria lectitantur: quos putas edituros fructus, et promerituros laudum titulos, et triumphos, qui non tantum pro Genitricis Dei virginitate, sed etiam pro aliis eius amplissimis dotibus, et plane diuinis muneribus dimicant? Beatus Ildephonsus, Ecclesiae Toletanae Antistes, cum pro tuenda Diuae Mariae virginitate, contra quosdam sui temporis haereticos librum edidisset, hoc ille dignum suorum laborum praemium consecutus est, vt Beata Deipara magno Angelorum comitatu stipata, illi apparuisse feratur: et sacra veste, quae in Missae mysterio peragendo reliquis omnibus de more superponi solet, illum induisse: quae vestis in hodiernum vsque diem magna religione in Templo Ouetensi asseruatur [6]. Vides in

[6] Ita testantur historiae ecclesiasticae hispani scriptores, quos allegat Risco, *España sagrada*, XXXVII, 289. Et confirmatur ex quadam relatione ms., quam se vidisse testatur P. Uriarte, ubi asseritur: seculo XVI, explorata capsa, quae in ovetensi ecclesia thesaurum illum caeleste continebat,

hoc exemplo quam mercedem tuis elucubrationibus polliceri possis. Donantur enim immortalitate libri pro Virginis matris gloria conscripti: igni exuruntur Haereticorum opera, si quae forsitan contra illos prodierint: tu vero illud poteris de tuo melius dicere, quod iactabundus quidam Poëta de suo cecinit opere [7]:

Iamque opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignis,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.

Gratissimum, crede mihi, et commendatum reddes, et Matri et Filio tuum Sacerdotium; suscipiet de manu tua, quas illi obtuleris in sancto Altari hostias, tuumque proinde nomen, vel nolens, et inuitus immortalitati consecrabis. Est enim honestissimum, laudisque et gloriae plenum munus, illos propugnare, qui nos propugnant; illorum patrocinium sumere, qui semper nobis patrocinantur; eorum iustissimam causam apud homines agere, qui nostram plerumque minus iustam (tantum illi gratia valent) apud Deum agunt. Denique vt Euangelice loquar, illos confiteri coram hominibus, qui volunt, et possunt in postremo illo et contremiscendo iudicio nos confiteri coram Angelis Dei [8].

Quare non erat, cur apud me, te tantopere abiiceres, et hominem crassum, rudem, tardum, denique Germanum, et humi reptantem appellares; res enim ipsa aliud longe indicat; te videlicet acutum virum esse, acrem, promptum, et coelestia diuinaque mysteria penetrantem: nec tamen per Tapinosis figuram Rhetoribus notam, te loqui, quam per summam animi tui submissionem, Christianamque modestiam: in qua nihil est fictum, nihil callidum, nihil fucatum. Agnosco te praeterea verum Germanum, probeque germanizantem, siue illa vox Latina sit a Germano, quo caeteros quasi fratres complectuntur amore, siue propria illa, ac gentilitia, et a vestris maioribus excogitata, atque

repertam fuisse vestem illam, tamque subtili textura fuisse dicitur, ut quamvis formam albae, a sacerdotibus nunc in sacris adhibitae, haberet, tamen pugno tota capi et contrahi posset. At postea, casu prorsus ignoto, erepta ex illa capsa fuisse dicitur, nec amplius de ea quidquam resciri potuit. Ita nobis, ex supra dicto monumento, a P. Uriarte relatum est.

[7] P. OVIDIUS NASO, *Metamorph.* lib. XV, vers. 871.

[8] LUC., XII, 8.

vsurpata vos ipsos compellandi ratio existat, vt admonuit Tacitus[9]: nam vel sic, quid est Germanus, nisi integer, siue totus homo, hoc est, integra humanitate praeditus, siue omnimoda fortitudine cumulatus, in qua nihil est debile, aut infirmum, nihil puerile aut muliebre: vnde quo magis te deprimere conaris, eo te altiorem, ac proinde commendabiliorem cunctis efficis; qui de te tam submisse sentias, tam modeste loquaris, teque in oculis tuis extenues, prorsusque vilipendas. Benedictus Deus, qui te, pro sua incomparabili bonitate, et Beatae Deiparae, et magni Domini praecursoris rara quadam et admirabili humilitate praestantium, imitatorem prius reddidit, quam eorum verbo et oratione propugnatorem.

Postremo videris me impellere ad excitandos eos, qui ex nostris fratribus, vel dicendi stylo valent, vel doctrinae opibus florent, vt arma pro Dei Ecclesia in Gallia et Germania vehementer laborante capiant, calamoque districto contra tot saeuientes haeresum pestes dimicent. Quod sane consilium zelo gloriae Christi, atque eius doctrinae vindicandae a te praestitum esse non dubito. Verum non ignoras, vir prudentissime, quanta sit inter nos et illos locorum intercapedo, vt quae apud illos gerantur, vix nostri cognoscere possint, aut serius quam opus esset, et opportuna pugnandi ratio postularet: quae haereses potissimum serpant, quae sectariorum opiniones regnent, qui libri in vulgus seducendum spargantur, nemo nouit. His enim, aut prorsus ignoratis, aut tardius cognitis atque perspectis, quid solidum, aut quid egregium et laudabile scribi possit, tibi cogitandum relinquo. A paucis retro annis, quam arctis legibus in Italia viuamus, ignorare non potes: quam difficilis haereticorum aditus in

---

[9] En TACITI locus, ad quem haec verba referuntur: «Quidam autem, licentia vetustatis, plures Deo ortos pluresque gentis appellationes, Marsos, Gambrivios, Suevos, Vandalios affirmant: eaque vera et antiqua nomina. Ceterum Germaniae vocabulum recens, et nuper additum; quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, ac nunc Tungri, tunc Germani vocati sint: ita nationis nomen in nomen gentis evaluisse paullatim, ut omnes primum a victore ob metum, mox a seipsis invento nomine, *Germani* vocarentur.» C. CORNELIUS TACITUS, *De situ, moribus, et populis Germaniae*, cap. II.

has Prouintias existat; quam interdicta nouorum librorum in eas importatio; quanta difficultate legendi haereticorum libros facultas impetretur, etiam ab eis, qui cum Christi gloria et Ecclesiae fructu illos legere possunt, ambigere non vales [10]. In causa igitur haec esse possunt, vt paucissimi existant, qui eius rei solicitudine et cura tangantur; et in id magis studiosi omnes propendent, quod legibus quodammodo caueri et vetari perspiciunt. Quo fit vt paucos Italia haeresum expugnatores habeat. Vt autem ad fortem militem spectat, dum in acie versatur, manus cum hoste conserere, illique minime parcere, sed caesim et punctim dimicare: ita ad eum extra aciem positum pertinet otiosum esse, et quae pacis sunt tantum meditari, consectarique. Vos igitur, qui in Germania, id est, in omnium haeresum colluuione agitis, in acie positi estis, hostes ceruicibus vestris impendent, vestrum est impigre decertare, et nouas quotidie pugnas suscipere, et superbum et ferocientem haereticum, et instar Goliath ad pugnam prouocantem, mucrone suo, hoc est, verbo Dei, quod ab illo pro tuenda sua falsa opinione producitur, eum confodere atque iugulare. Nostrum vero est, qui in pace degimus, Catholicos in auita fide, et Patrum doctrina conseruare, et vobis belligerantibus fausta omnia atque prospera comprecari, quo victoria parta, solidum triumphum de domitis hostibus, et de Christo pastori recuperatis ouibus agere possitis.

Non desunt tamen in Italia quidam, quos Deus peculiariter ad hoc munus scribendi contra haereticos euocauit, etiamsi illi ex nostris non sint: certe inter fratres Franciscus Turrianus [11] (vt optime nosti) veteranus miles, numquam cessat aut dormit, noua in dies opera meditatur. Ego vero, vt ingenue loquar, nouus tyro adhuc existo, ad hanc scribendi prouintiam (quae excelsa plane est, atque ardua, ac proinde perpaucorum) nonnisi vt serus hospes, ac peregrinus accessi; quam exiguum in illa praestare valeam, quantumcunque tu mihi blandiaris, et, pro tua in me pietate, lumina, praesidia, et ornamenta nescio quae mihi tribuas, ipsa experientia, cum calamum ad scribendum arripio, aperte edoceor: quicquid tamen ego in oculis tuis aut meis sim, in me

[10] Vide epist. 354, annot. 5. [11] Vide epist. 360, annot. 3.

recipio laborem vllum me non recusaturum, quoad postremam manum nostro operi imposuero (quod plane incultum est, impolitum, et rudis instar materiae, informe) vt tibi, efflagitanti, et tam anxie exigenti, et peramanter me excitanti, morem geram. In te enim promerendo, amando, atque etiam colendo, profecto cedo nemini. Illud vnum te admonitum volo, nostra haec scripta tam multa esse et tam rudia, vt non breui aliquo temporis interuallo, neque leui aliqua opera, sed seria et graui, ac veluti vrsorum more foetum lambentium, indigere videatur.

Quamobrem a te magnopere contendendum esse existimaui, vt huius rei melius, faciliusque praestandae gratia, vota tua atque pias preces, et eorum, qui tecum sunt fratrum ac patrum, pro tua erga me charitate, apud Deum interponere minime graueris: spero enim, quod expeto, facile hac ratione a Deo me consecuturum, ac te, tua sponte in hoc satis propensum, benigne meis postulatis assensurum. Bene vale, charissime pater; meque, si molestum non erit, certiorem reddas, an opus, quod de tuenda Virgine conscribis, ad vmbilicum perduxeris, et quando putas illud in lucem proditurum. Caue autem, ne posthac patiaris, me tanto tempore tuorum, quos edis, librorum lectione et fructu priuari [12]: sed vbi primum editi fuerint, cura, vt ad Vrbem vnum aut alterum exemplum nostris mittatur impensis; nam inde facili negotio ad me, vbicunque ego fuero, statim transmittetur.

367

PATRI STEPHANO TUCCIO

NEAPOLI 16 JANUARII 1573 [1].

De universi orbis descriptione per Augustum facta dubia quaedam proponit, et de Christi et apostolorum annis lucubrationes a Tuccio factas sibi commodari poscit.—Quod romanas bibliothecas lustrare coeperit, eidem gratulatur.

Qvoties aut de tua valetudine, aut de tuorum ratione studio-

[12] Salmeroni morem gerere hac in re Canisius haud praetermisit. Vide epistolam hujus ad illum, die 10 Octobris 1578 datam, qua eidem librum de Virgine Deipara a se conscriptum se misisse nuntiat, ejusque judicium de eodem poscit. Edita est haec epistola in tomo XVI operum Salmeronis, pag. 540.

[1] Ex Salmeronis commentariorum tomo XVI, pagg. 536-537. De

rum per literas me admones (quanquam id rarius pro meis votis contingat) facis equidem rem mihi gratissimam, nostraque arctiori amicitia dignam: non enim tu vir prudens de lana caprina, aut de asini (quod aiunt) vmbra, sed de seriis et grauibus quaestionibus, et quae ad Scripturarum sacrarum obscuriores locos intelligendos faciunt, aliquid semper vel meditaris, vel scribis: itaque epistola haec postrema ab aliis prioribus non dissidet, plena est eruditionis illius tuae, ac diligentis curae, et studii circa veterum historicorum euoluendos libros positi, quo illustrare valeas Euangelicam de vniuersi orbis descriptione per Augustum facta historiam.

Quia vero id tui fuit consilii, mecum has tuas nouas communicare cogitationes, quo meam de illis acciperes sententiam; non grauabor morem gerere tibi, cum non ignorem te mei ipsius gratia hos magna ex parte exantlasse labores; quanquam iam cum Romae degas, et inter tot ingenii doctrinarumque opibus et sanctitate praestantes viros, non putabam vllam meam admonitionem necessariam: quid enim hoc esset aliud, quam noctuas Athenas [1], et ligna in syluam? Quid enim supra chorum omnium bonarum disciplinarum, a Graecis ἐγκυκλοπαιδείαν dictum, et quem inter priuatos parietes domi amplecti et possidere vales, ad desiderandum tibi supersit, plane non video. Dicam igitur, quae mihi pro temporis ratione occurrere potuerunt, et quid in tuis placuerit literis, et quid adhuc amplius desiderem non dissimulabo...

Quod scribis in Christi et Apostolorum annis explicandis, nouam diligentiam te adhibuisse, quo autorum etiam Sanctorum dissensiones de illis ortas tolleres, libenti animo legi; et gratius feceris, si, quod commode abs te fieri queat, communicaueris,

---

Stephano Tuccio, cui hae litterae inscriptae sunt, diximus in epist. 352, annot. 2.

[1] «*Noctua*» *Athenas mittere* γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, proverbium de iis, qui eo quippiam afferunt, cuius ibi maxima est copia; *portar acqua al mare*. Cum enim noctua sacra sit Palladi Athenarum praesidi ob vigilantiam in litterarum studiis...; noctuarum in ea urbe mira copia erat, tum vivarum, tum pictarum, fictarumque et in Nummis insculptarum.» FORCELLINI, *Totius latinitatis lexicon*, tit. «Noctua».

vt soles. Ita enim ego in his laboraui, vt non grauate legam aliorum sententias, quibus, aut meam emendare, aut certe expolire valeam. Ante paucos dies illustrissimus quidam Cardinalis sponte sua pollicitus est se ad me missurum cuiusdam doctissimi Episcopi meditationes circa annos Apostolorum principis beati Petri constituendos, et ea, quae controuertuntur in illa enumeratione [2]: et hactenus quidem nondum misit, animo tamen meo constitueram [a] ad te eiusmodi commentationem destinare, quo liberius de illa ferre posses iudicium, atque ita me facturum in me recipio; nisi id intelligam tibi aliquid molestiae allaturum.

Audio te Bibliothecas romanas diligentius lustrare coepisse: id sane nonnisi ad singularem eruditionem comparandam accidet: tibique propterea gratulandum esse duxi. Quaeris postremo solutionem illorum duorum locorum, qui inuicem dissidere videntur in libris Regum, quosque mihi scripto reliquisti. Equidem tot, ac tantis occupationibus praepeditus hactenus fui, vt ne in mentem quidem venerint; quare tu boni consules, et ingenii mei et temporis tarditatem. Bene vale, ac mei, vt in tuis precibus et sacrificiis memoriam serues, etiam atque etiam rogo, tuosque praeceptores meo nomine in Domino salutabis.

Neapoli 16 Januarii 1573.

368

JOANNI ANTONIO LATINO LATINIO

NEAPOLI 7 MARTII 1573 [1].

Gratias agit pro difficultatum suarum solutione.—De dissidiis inter ecclesiasticam et laicam potestatem, Neapoli grassantibus, dolet.

†

Molto Rdo. signor mio oss.mo

Con gran contento e gusto mio ho letto l' eruditissima lette-

[a] constituerant *editiones matritensis et coloniensis; legendum tamen* constitueram *putamus.*

[2] Vide epistolas 362 et 363.

[1] Ex archetypo, Romae, in Bibliotheca Vaticana, Lat., 6201, part. I, duplici fol. 26, 27. Responsio, huic epistolae data, in secunda pagina hujus archetypi scripta habetur. Eam huic subjicimus.

ra di V. Sria. in risposta di quelle mie dubitationi [2], alli quali ueggo esser data tanta luce, che ogni prudente ingegno con quelle si debba acquietare. E tanto più io le stimo, quanto che V. Sria. è stata disarmata de' libri necessarii, e pur mi ha dato così dotta risolutione: perchè l' hauermi risposto non così presto, mi ha insegnato la maturità et prudenza che si deue adoperar in rissoluer simili quesiti. Et auengachè io ancora potessi più oltra dubitare; però tengo per maggior sobrietà e prudenza il fermarsi e quietarsi. Perchè come disse un poeta [3]: «Est quodam [a] prodire tenus, si [b] non datur ultra»; et il nostro Salomone: «Qui nimis emungit, elicit sanguinem [4].» Però con tutto il cuore ringratio V. Sria. della fatica presa per causa mia.

Qua, come intenderà dal P. Don Theodosio, si sta in gran trauaglio di giurisdittioni [5], come anche là. Nostro Signore per sua misericordia ci dia vnion di giudicii et pace, figliuola della carità, per la quale uolse il Signor fussero conosciuti li discepoli suoi, quando disse: «In hoc cognoscent homines [c] quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis [ad] inuicem [6].» Et intendo per dilettion li fruti et opere esterne, per le quali peculiarmente si possono conoscere li discepoli di Christo.

All' Illmo. e Rmo. cardinal [7] signor mio bascio le mani, et

[a] quoddam *ms.* [b] quo *ms.* —[c] omnes *edit. Vulg.*

[2] Has dubitationes exposuit Salmeron in epistola die 13 Decembris 1572 data, quam sub n. 365 dedimus.

[3] Q. HORATIUS FLACCUS, *Epistolarum* lib. I, epist. 1.ª, vers. 32.

[4] «Qui vehementer emungit, elicit sanguinem.» PROV., XXX, 33.

[5] Haec dissidia exacerbata sunt occasione cujusdam furti, in templo cathedrali et postea in sacra aede S. Laurentii patrati, ubi latro, captus a monachis, ecclesiasticae potestati traditus est, et in carcerem archiepiscopi neapolitani conjectus. Inde a prorege ereptus, brevi intervallo judicatus et capite plexus fuit; quod graviter ferens archiepiscopus, poenas ecclesiasticas in regis ministros fulminavit et publice affigi jussit. Res ad summum pontificem et ad regem Hispaniae delata est, et tandem per nuntios et legatos ultro citroque ab utraque potestate missos composita est. Cf. HINOJOSA, *La diplomacia pontificia en España*, pag. 265 et seqq.; et GIANNONE, loc. cit., X, 243-245. Notandum tamen hoc opus ab ecclesia damnatum fuisse. Vide epist. 378.

[6] JOAN., XIII, 35.

[7] Marcus Antonius Columna.

alle sante orationi di V. Sria. humilmente e di cuore mi raccomando.

Di Napoli li 7 di Marzo 1573.

Di V. Sria. molto Rda. seruo suo deditissimo et affectionatissimo,

ALFONSO SALMERON.

Inscriptio. † Al molto Rdo. signor mio osseruandissimo, il signor Latino de Latinis, in casa dell' Illmo. cardinal Colonna, in Salerno.

Alia manu. 1573. 8 Martii. Il P. Salmerone.—Rcv. li 10. Copia dentro.

Manet sigillum integrum ss. Nominis Jesu.

368 a

JOANNES ANTONIUS LATINUS LATINIUS
PATRI ALPHONSO SALMERONI
SALERNO 22 FEBRUARII 1573 [1].

Salmeronis quaesitis de censu Caesaris Augusti respondet.

Latinus Latinius Alphonso Salmeroni, S. J., S.

Excusaui ego apud te, Salmeroni eruditissime, iam pridem [2] paucis verbis tarditatem responsi mei, partim praepositarum mihi a te quaestionum summa difficultate deterritus, partim aliorum negotiorum necessaria curatione, et non satis ad huiusmodi labores tolerandos parata corporis imbecillitate impeditus. Quibus omnibus, etsi non omnino liberatus, cum aliqua tamen ex parte aliquando tandem leuatus videri possem, nolui committere, vt in eo genere a me quicquam diutius desiderares. Malo enim et tarditatem ingenii mei, et ignorantiam a me palam proditam plane intelligas, quam vt voluntati tuae parere me parum voluisse vllo modo suspicari possis. Vt praetermittam igitur primum epistolae tuae caput, in quo me tam honorifice laudasti [3], vt ne millesimam quidem earum laudum partem aut agnoscam, aut sperem me vnquam consequi posse; illud tamen vnum silentio praetereundum minime

---

[1] Ex opere, cui titulus: *Latini Latinii Viterbiensis Lucubrationes*, vol. II, pagg. 155-161.

[2] Haec ad epistolam Latinii die 25 Decembris 1572 referenda videntur, quam sub n. 365a exhibuimus.

[3] Vide epist. 365, cui haec respondet.

censui, quod te quidem magno auctore, id est amplissimo viro Stanislao Hosio Cardinale Varmiense adductum sentio, vt me aliquem esse existimares. Sed profecto vere dicitur, amantium iudicia, facillime plerumque in eo falli, quod in iis, quos vehementius amant, omnia virtutum ornamenta, omnem eruditionis praestantiam inesse credunt, quoque rarissimis, praecipuo Dei munere, summis laboribus, assiduisque vigiliis, inquietissimo otio, datum quandoque est peruenire, ad supremum probitatis scientiaeque fastigium adscendisse eos vel nullo, vel minimo certe negotio, etiam in summa rei familiaris angustia, plane confidunt, atque ita de ipsis honorifice praedicant, vt incredibilem ex ea praedicatione voluptatis fructum capere se dissimulare nullo modo possint. Do igitur tibi libenter veniam tam amanter erranti, quin potius eo nomine plurimum tibi, et Illustrissimo Hosio debere me profiteor, quamquam non ornari me, sed onerari magis alienis laudibus plane intelligo. Sed venio ad quaestiones, quarum summum caput, quam potero, breuissime repetam. Quaeris ex me, vel verius dubitas, vt scribis, an ex antiquis historicis reperiatur aliquis, qui descriptionis eius, de qua S. Lucas Euangelista diligentissime tractauit, vsquam meminerit, addisque verisimile non videri, vt qui minima quaeque Imperatorum gesta dictaque, etiam inania et ridicula, persecuti sunt, ab iis universi orbis censio, res tanti et moliminis, et momenti, tanto silentio praeterita fuerit? Ego, etsi neminem legisse me adhuc memini, qui vel leuissime eam rem attigerit, minime tamen probabile esse existimo, in tam arduo negotio silentio obscurando, scriptorum omne genus, quasi conspiratione facta, consensisse. Sed quod vero proprius est, multa ex historicis fuisse detracta, quae ad veterem religionis Gentium cultum abolendum minuendumque spectare posse suspicarentur ii, quorum maxime intererat nouarum rerum occasiones praecidi prius, quam vllas radices agere possent... Haec ego ad te omni librorum praesidio, praeter vnum Josephum, eumque latine vtcunque loquentem, destitutus, longissimo post interuallo aliquando tandem scripsi, vt tibi parerem [a] potius, quam vt aliquid existimarem a me afferri in tam impeditis quaestionibus posse, quod tibi praesertim homini eruditissimo vlla ex parte satisfaceret. Accipe igitur, quod do libenter, et pro tua singulari aequitate ignorantiam meam amice et nosce, et excusa, cauetoque posthac, si sapis, vllius fidei temere sine pignore credere, nisi si in hoc crediti genere, vt in omnes benignus es, et liberalis, decipi interdum, quam Christiani hominis fidem

---

[a] pararem *liber cit.; sed error typographi esse videtur.*

non sequi, honestius esse omnino statuis. Vale plurimum, vir suauissime atque doctissime, et me tuis precibus interdum Christo pie commendato.

Salerni VIII Kal. Martii 1573.

368 [b]

JOANNES ANTONIUS LATINUS LATINIUS
PATRI ALPHONSO SALMERONI
SALERNO 10 MARTII 1573 [1].

Epistolae 368 respondet.

Ringratio infinitamente la benignità di V. P. molto Rda., che, conoscendo la debitezza mia, habbia accettato da me gratamente quel che non può sodisfare al suo dotto giuditio; et habbia interpretato per atto prudente la mia tarda risposta, e di più scusata la mancanza de libri, de quali se ben io hauesse hauuto maggior copia, non so imaginarmi in che cosa hauesse possuto preualermi d' essi, non essendo io migliore instrumento che tanto, per cauar le mani di questioni difficili. Haurei ben possuto con Giosepho chiarirmi meglio del tempo di Quintilio Varo; ma non hebbi copia di esso se non quattro dì: e quando mi auidi del bisogno, l' huomo che me l' haueua già accommodato era uenuto in Napoli, doue ancora si sta. La somma è che, non deuendosi nè potendosi metter in dubio la fede del euangelista, hauran patientia Giosepho e tutti; e mi par che in queste cose (per più probatione de la nostra fede) habbiamo ancora lo scandalo de la croce (per dir co[sì] [a]) più latente e nascoso, che non è, nel legno e morte ignominiosa, proposto [b] al giudeo et al gentile. Nè è solo questo loco d' historia appresso lo euangelista medesimo; ma duoi altri ancora, al parer mio; l' uno è del sangue che mescolò Pilato coi sacrificii de giudei, e l' altro è de la torre in Siloë, che uccisse con la rouina sua li xviii huomini [2]; e forse molti altri lochi simili, che, come senza concordanza d' altri scrittori sonno difficili ad intendersi, così sono non meno certi che se fussero stati scritti da tutti gl' historici. Onde ancor qui, secondo la nostra uolgata editione, potiamo conoscere che si uerifica il detto del profeta re-

[a] *Charta consumpta, duae litterae perierunt.* — [b] *Non clare apparet an* proposto *vel* proposta *scriptum fuerit.*

[1] Ex adversariis, in Salmeronis epistolae archetypo, secunda pagina, exaratis. Vide dicta in epistolae 368 annotatione prima. In margine notat Latinius capita sacrae scripturae infra annotata; non autem versiculos.

[2] Luc., XIII, 1, 2.

gio: «Numquid adhaeret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in praecepto [3]?» M' è poi souuenuto il loco del Apostolo a li hebrei [4], e del Sauio [5] et Apocalipse [6] per confirmatione de la ragione, che Dauid fu castigato e non Augusto [c]; ὃν γὰρ ἀγαπᾷ κύ[ριος παιδεύει] [d] etc.

Ho fatto con l' Ill.mo mio S.re [7] le raccommandationi sue; et a l' incontro la saluta con tutta l' affettione che può, sì come ancora faccio io; pregandola che mi ami; e si ricordi di me talhora ne le sue orationi.

Di Salerno, a li x. di Marzo. M.D.LXXiii.

368 e

JOANNES ANTONIUS LATINUS LATINIUS
CARDINALI STANISLAO HOSIO
SALERNO 16 JANUARII 1573 [1].

Suam eruditionem honorifico judicio ac laudibus cardinalis, apud Salmeronem sibi collatis, non respondere summa modestia profitetur.

Stanislao Hosio episcopo varmiensi S. R. E. cardinali amplissimo L. Latinius S. D.

Alphonsus Salmeronius, cuius uitae sanctitatem cum singulari rerum, linguarumque cognitione atque prudentia coniunctam et nos iam pridem nouimus, et ipse maxime in rerum grauissimarum tractatione perspectam habes, quaesiuit nuper ex me quaedam, ad quae explicanda et illustranda, neque ex nostris, id est doctissimis, summoque iudicio atque ingenio praestantibus uiris, adhuc quisquam, neque ex aduersariis quicquam attulit, quod illi satisfacere omnino posse uideatur [2].

Existimauit autem uir bonus honorifica illa quidem de me, sed, quod mihi pace tua dicere liceat, non uera praedicatione tua inductus, unum esse me hoc tempore, qui, cum nihil paene didicerim, uixque primis,

---

c Agusto *ms.* —d *Charta attrita, haec desiderantur, ex epist. ad Hebr., loc. cit.*

---

3 Ps. XCIII, 20.
4 Hebr., XII, 6-8.
5 Prov., III, 12.
6 Apoc., III, 19.
7 Archiepisc. salernitanus, Marcus Antonius Columna. Vide epist. 365.

1 Ex apogr. Biblioth. Vatic., Lat. 6201, part. I, n. 89a. Concordat fere cum exemplo edito apud *Latini Latinii lucubrationes*, II, 152-153. Nota sunt amicitiae vincula, quibus et Latinii et Salmeronis animi cum cardinali Hosio conjungebantur. Cumque utriusque egregii viri scientia et virtus Hosio notissimae essent, inde utriusque lucubrationes sibi commodari poscebat, earumque lectione mirifice recreabatur.

2 Vide epist. 365, ad quam haec Latinii verba referuntur.

quod aiunt, labris sacras litteras attigerim; ad difficillimos tamen dissoluendos nodos idoneum esse. Qua in re quantum errarit, te ducem atque auctorem secutus, ipsi uideritis; mihi certe ea res moleste accidit, quod uno tempore cogor homini, cuius uoluntati parere maxime cupio, nulla ex parte satisfacere, et tibi, cui plurimum debeo, in eo non admodum grato animo respondere, in quo fidem tuam quodammodo laborare, quin sane intelligam, plane dissimulare non possum.

Solatur me tamen in ea molestia non parum, quod aequa lance omnia expendenti, maturoque iudicio consideranti, non fidei tuae culpa aliqua uel leuissima factum uideri poterit, quod ab egregiae tuae erga me beneuolentiae amorisque magnitudine commissum, quiuis facile interpretabitur.

Quare rogo te uehementer, atque obsecro, ut semel utrumque a tanto incommodo liberes; potes autem id nullo negotio consequi, si quod verum est de me ita sentias itaque praedices, ut de homine nullius eruditionis, mediocrisque iudicii. Erit id mihi maxime et iucundum et gratum, et eo nomine me tibi in perpetuum plurimum obligabis. Opto te bene in Domino ualere, et mei amice, ut soles, meminisse.

Salerni XVII Kal. Februarii 1573.

369

CARD. STANISLAO HOSIO

NEAPOLI 8 AUGUSTI 1573 [1].

Suam sententiam circa praefationem in Hosii libros de confessione fidei catholicae profert; admonitionemque, regi Poloniae ibidem exhibitam, potius per privatam epistolam, quam per praefationem typis editam, praebendam censet.

Illustrissime ac reuerendissime Domine.

Dominvs Georgius hanc in libros tuos de Confessione Fidei Catholicae praefationem bis ad me legendam tuo nomine transmisit. Quam ego sane non solum inoffenso pede percurri, verum etiam magna cum animi mei voluptate et doctrinae tuae admiratione semel atque iterum perlegi. Spirant autem omnia tua scripta (si quod est in me iudicium, quod sentio quam sit tenue atque exiguum) nihil aliud quam singularem quandam pietatem cum magnis et eruditionis viribus et eloquentiae Christianae ornamentis coniunctam.

[1] Ex commentariorum Salmeronis volumine XVI, pagg. 540 541.

Caeterum quoniam dominus Georgius significabat, tuam Amplitudinem summopere cupere, vt censoriis potius quam amicis oculis haec ipsa scripta tua expenderem, et quid quoquomodo lectores offendere posset, indicarem; etsi moleste tulerim, tantum mihi abs te tribui, quem loco praeceptoris colui semper, et cuius libros exosculor, et omnibus Theologiae studiosis amplectendos, et admoneo, et commendo: tamen vt tibi morem geram, dicam quid mihi occurrerit tibi esse suggerendum, vt de eo maturius deliberare valeas. Hac tua Epistola videris mihi multa sane, ac praeclara, teque ipso, tanto in Ecclesia Dei viro, et Regiis auribus consentanea, conuenientiaque dare consilia. Quis enim tam caecus existat, qui id non aperte perspiciat? Veruntamen vbi de primo Regis Christianissimi ingressu in Poloniam [2] sermonem habes, cohortaris eum vt cum haereticis virum se ostendat, hoc est liberum et expeditum Principem, ab omni fuco et simulatione abhorrentem, et auitae religionis strenuum vindicem, quo facilius queat eorum fraudes, et insidias eludere, et omnes eorum impetus et conatus frangere. Honestum plane et sanum est consilium; nihil enim magis in Principe Regium, quam religionis et Fidei Catholicae aperta et syncera professio, vt suo exemplo quod magnas vires habere solet, omnes sibi subditos, siue nobiles, siue populares permoueat, et vt refractarii ac contumaces intelligant quid sibi a suo Rege sit sperandum, vel quid timendum.

Etsi vero haec admonitio sancta sit, et a religioso et Catholico pectore profecta, perspiciendum tamen mihi visum est, vt prius expendas quam grata et plausibilis futura ipsi, ad quem destinatur, Regi: deinde quantum tuae conueniat Amplitudini: postremo an tuis Polonis, quos in Christo diligis, profutura. Et quod ad primum attinet, poterat hoc tam salutare consilium commode

[2] Sigismundo Augusto, Poloniae rege, 7 Julii 1572 e vivis sublato, in comitiis generalibus regni, 5 Aprilis 1573 inceptis, electus fuit die 9 Maji in regem Poloniae Henricus, Caroli IX, regis Galliae, frater; qui 21 Februarii anni 1574 Cracoviae regali diademate coronatus est. Brevissimum sane fuit ejus regnum, nam Carolo, Galliae rege, vita functo, Henricus, hospite insalutato e Polonia discedens, 18 Junii ejusdem anni in Galliam profugit, ubi rex, die 30 Maji, antequam e Polonia discederet, proclamatus fuerat.

satis priuatis literis ad Regem perferri: quo ille imbutus et persuasus, illud quasi ex se natum, et ex suo sensu depromptum, cum magna populi sui vtilitate exercere posset: at in publicis literis et praelo aeternitati commendatis, videris iam teipsum pro magistro Regis gerere. Quod etsi iure pro magno dignitatis gradu, quo in Ecclesia Christi fungeris, agere valeas, Principes tamen, vt probe nosti, secreta magis, quam publica et amplectuntur et consectantur consilia, vt ipsi magis agere, quam agi, et regere quam regi videantur. Dubitabam etiam, num eiusmodi suggestione, tua penes tuos, quos saluos esse cupis, periclitaretur autoritas. Cum enim tantum tibi nomen et vitae innocentia et singularis doctrinae monimentis merito comparaueris, cauere debes, ne illos, qui in Polonia de fide male sentiunt, concitare magis tuis consiliis, atque irritare, quam sanare aut docere videaris. Demum si editam a te epistolam illi legant, nonne periculum est, ne efferaciores reddantur, et in te magis maledici, et in tua scripta magis contumeliosi? nam vel ea legere contemnent, ac proinde fructu lectionis priuabuntur, aut si legerint, rabidorum instar canum, in tua scripta, quasi in lapidem contra se proiectum, insurgent. Haec erant, illustrissime domine, quae me in aliam sententiam trahebant, vt cogitarem magis expedire, si priuatis potius literis, quam publice editis tam salubre consilium in aures Regis Henrici Christianissimi instillares. Sed stultus ego et imprudens, qui prudentissimo et emunctissimae naris viro praescribere volui. Tu igitur pro tuo singulari et acerrimo iudicio quo polles, cogita, vtrum magis expediat, et pro tua erga me summa beneuolentia, audacem meam censuram, et a D. Georgio fere extortam, boni consulere, et me in tuorum numero habere (vt quidem facis) dignabere. Bene vale. Dominum Nicolaum Sanderum meo nomine salutatum esse percupio.

Romae octauo Augusti, 1573.

Illustrissimae ac reuerendissimae tuae Dominationis humillimus seruus et filius in Domino

ALFONSUS SALMERON.

370

PATRI EVERARDO MERCURIANO

NEAPOLI 2 OCTOBRIS 1573 [1].

De variis negotiis, in sequenti epistola commemoratis.

370 ᵃ

P. EVERARDUS MERCURIANUS
PATRI ALPHONSO SALMERONI

ROMA 9 OCTOBRIS 1573 [1].

Dionysius Vásques collegiolis duobus claudendis dat operam. – Hispani electores ad suas provincias revertuntur. – Hispaniae provinciis novi praepositi a Mercuriano assignantur.

P. Salmerone.— Con questa si risponde alla lettera di V. R. delli 2 [2], et a quella del P. Gasparo [3] delli 3 del presente. Lodo Dio S. N. che V. R. si porti bene et così desidero che si habbia cura per maggiore gloria di sua D. M.tà

L' ufficio efficace che ha fatto con Mons. Illmo. Granuela [4] molto ci ha consolato, et può esser' che con l' auttorità di V. R. si ne uenga al fine. Noi, certo, ne resteremmo obligatissimi a S. S. Illma.

Il P. Dionisio [5] è tuttauia a Teramo; et hauendo esso mandato qua un huomo espresso per la risolutione delle cose di quel collegio, gli si è risposto che uegga di lieuarlo a fatto con quella maggiore edificazione che sia possibile, conforme all' instruttione datagli, et che non si parta di là finchè il tutto sia conchiuso. Dapoi si attenderà alla cosa di Sto. Angelo [6]: et lieuandoci questi carichi dalle spalle, spero in Dio

---

[1] Ex Mercuriani responsione, quam infra damus.

[1] Ex regest. *Neapoli (1573-1576)*, ff 3v-4r.

[2] Haec epistola periisse videtur.

[3] P. Gaspar Hernández.

[4] Proregis munus obibat Neapoli Antonius Perrenot de Granvelle. Vide epist. 340, annot. 3.

[5] P. Dionysius Vázquez, provincialis vices gerebat.

[6] «Extremo Autumno Collegiola in Samnio Interamnae, atque in Sancti Angeli Vrbe soluta sunt. In Vrbe Sancti Angeli sine certo periculo domus (adeo erat ruinosa) non poterat incoli. Census annuus ex collatione populi, cum omnium querelis, vt inopi in Oppido conficiebatur, nec tamen ad vitae suppetebant necessitates. Eaedem Interamnae angustiae et querimoniae. Eas ob res ab Congregatione generali semestri praefinito tollendis incommodis, cum ea non tollerentur, Dionysius Vasquius... Socios vti habebat in mandatis, vtrinque abduxit.» SACCHINUS, loc. cit., part. IV, lib. I, n. 58.

S. N. che si potrà attender' a corroborare cotesta sua prouincia con molta consolazione di V. R.

Hieri et hoggi finiscono di partire questi Padri di Spagna [7].

Ho finalmente dopo molte orazioni dichiarato prouinciale dell' Andaluzia il P. Bernal, di Castiglia il P. Suarez, di Toledo il P. Cordeses, et di Aragona il P. Villalua [8], i quali essendosi ritrouati qui tutti alla congregazione generale, hanno potuto intendere in che possiamo aiutare alla Compagnia, et hanno anco hauuto particolari auisi di quelle prouincie: si che uanno con grande animo, et ne spero speciale consolazione a tutti i Padri et fratelli di Spagna. V. R. per charità farà pregare per loro.

Quanto al fratello di Catanzaro, ch' è in Sicilia, poichè siamo già sì sotto la renouazione degli studii, nè il P. Domenech ci n' ha scritto punto, pare sarà bene di aspettare il buon tempo, et fin tanto mi informerò di quel che si potrà et dourà fare. Così il P. Gasparo potrà consolare quel gentilhuomo di Catanzaro. All' orazioni et santi sacrificii di V. R. et del P. Gasparo molto ci raccomandiamo.

Di Roma il dì 9 di Ottobre 1573.

370 b

P. EVERARDUS MERCURIANUS
PATRI ALPHONSO SALMERONI
ROMA 12 OCTOBRIS 1573 [1].

De duobus collegiolis supprimendis.—P. Petrus Blanca Neapoli educendus videtur.

Napoli. P. Salmerone.—Sì come io scrissi a V. R. per l' ultimo procaccio [a] che il P. Dionisio andaua per ordine mio disponendo le cose per disfar i due collegii di Teramo et di Santo Angelo, conforme a la determinatione della congregatione [2], così adesso, hauendone pensato in quali collegii si distribuiranno quei Padri et fratelli; et hauendone

[a] proccacio *ms. tabellio.*

[7] Comitiis generalibus, quibus Mercurianus creatus fuerat praepositus Societatis, absolutis, Patres electores ad suas provincias revertebantur.

[8] «Everardus... Longobardiae Franciscum Adurnium praeposuit, Baeticae Petrum Bernardum, Castellae Ioannem Suarium, Toleto Antonium Cordesium, Aragoniae Petrum Villalbam.» SACCHINUS, loc. cit., n. 52.

[1] Ex regest. *Neapol. (1573-1576)*, fol. 5r. Vide epistolam praecedentem.

[2] Vide congregationis tertiae decretum 43, apud *Institutum Societatis Jesu* (Florentiae, 1892-1893), II, 228.

scritto al P. Dionisio, è paruto bene di dir a V. R. con questa mia che io inclinarei che il P. Pietro Blanca [3], per aiuto suo et per contentezza che esso ne mostra, uenisse in questa prouincia a stare un' anno, o due a Loreto, o in qualche altro collegio. V. R. potrà uedere dall' inclusa ciò che mi scriue il P. Dionisio, oltre alcune altre lettere molto più particulare, et nelle quali sono cose degne di molta consideratione; il che mi fa credere che per ouiar a molti inconuenienti, et acciò che quei di Teramo, i quali frequentano cotesta città di Napoli, non dessero qualche nota al detto P. Pietro, et come ho detto il suo desiderio si douerebbe in ogni modo aluntanarlo per un pezzo da coteste bande, et più tosto mandarei a V. R. Mtro. Mansone, il quale con molta ediffications ha finito di legger il corso di filosophia in Milano; et ancorchè non habbia finito del tutto di udire i tre anni di theologia, nondimeno è già tanto inanti, che può caminar sicuro in quei studii, et oltre a ciò [b] mostra di douer riuscire raro predicatore, a Dio piacendo. Io l' ho fatto uenir a Roma pensando di promouerlo più innanti; ma se V. R. giudica il medesimo che io scriuo a V. R., io glielo manderò, confidandomi che essa, oltre il seruirsene in cotesto collegio, darà ordine che habbia occasione di impiegarsi in ogni uirtù et perfettione.

Quanto alla lettera qui inclusa del P. Dionisio, si contentarà rimandarlami.

Et non essendo questa per altro etc.

Di Roma 12 d' Ottobre 1573.

371

CARD. CAESARI GONZAGAE

NEAPOLI ANTE DIEM 15 OCTOBRIS 1573 [1].

De collegio a cardinali pro mantuana urbe postulato.

---

[b] acciò *ms.*

---

[3] De eo saepe in superioribus litteris diximus.

[1] Ex epistola Mercuriani ad Salmeronem die 29 Octobris 1573 data, ubi haec inter alia habentur: «V. R. ha risposto bene al Illmo. Sr. Cesare Gonzaga intorno la proposta del collegio per Mantua. Al resto uedremo quello n' ordinerà nostro Signore.» Ex regest. *Neapol. (1573-1576)*, ff. 5v-6r.

372

PATRI EVERARDO MERCURIANO

NEAPOLI 15 OCTOBRIS 1573 [1].

De bono officio erga domum professorum mediolanensem apud proregem a Salmerone praestito.

373

PATRI EVERARDO MERCURIANO

NEAPOLI 23 (?) OCTOBRIS 1573 [1].

De rebus collegii et provinciae neapolitanae.

373 a

P. EVERARDUS MERCURIANUS
PATRI ALPHONSO SALMERONI

ROMA 31 OCTOBRIS 1573 [1].

P. Dueñas theologiam Neapoli profitetur. — Rector collegii catacensis Angelopoli proxima quadragesima concionaturus. — De P. Soldevila in Hispaniam mittendo Salmeron consulitur. — Salmeronis ad nolanos invisendos expeditio Mercuriano probatur.

Al P. Salmerone. – Con questo procaccio [a] si sono riceuute le lettere di V. R. scritte a me il 23 [b] de presente [2], et ci siamo molto consolati in Domino che il P. Duegnas [3] con tanto buono animo habbia preso l'

[a] proccacio *ms.* — [b] *Non clare apparet an 7 vel 3 scriptum fuerit.*

[1] Ex regest. *Neapol. (1573-1576)*, ff. 5v 6r, ubi epistola Mercuriani ad Salmeronem die 29 Octobris data reperitur, ex qua haec promere sufficit: «La settimana passata non rispuosi alla lettera di V. R. scritta alli 15 di questo, per non esserui necessità. Credo che la casa professa di Milano restarà molto sodisfatta del buono ufficio che V. R. ha fatto per lei col Sr. vicerè.»

[1] Ex sequenti responsione huic epistolae data.

[1] Ex regest. *Neapol. (1573-1576)*, fol. 6r.

[2] Hae Salmeronis litterae amissae fuisse videntur.

[3] P. Matthaeus Dueñas e Societate anno 1561 dimissus, paulo post in eam denuo cooptatus fuisse et Romam venisse videtur. Cf. *Epist. P. Nadal*, I. 389, 391, 430 et 508. De eodem haec habet SCHINOSI, loc. cit., part. I, lib. III, cap. 7: «Ci mandò [Franciscus Borgia] qua... i Padri Matteo d' Ognes [lege Dueñas], spagnuolo, e Giandomenico Bonaccorsi, siciliano: il primo ad occupare in quest' Ottobre quella cattedra di teologia cui lascerebbe Pietro Blanca; il secondo a ricominciar la lettura del corso filosofico terminata da Girolamo Urtado.»

assunto di leggere la theologia. Esperiamo in Domino che gli darà forze per continuare, et fra tanto Mtro. Manzone, poichè non è costì necessario, finirà i suoi studii a talchè per mezo di lui o di altri con un poco di tempo hauremo modo di aiutare meglio la sua prouincia. Fra tanto il P. Blanca, come spero, potrà consolarsi, et riceuere maggiore aiuto, come si pretende.

Ho sentito grande consolatione di quel che V. R. ha risoluto, di dare il rettore di Catànzaro [4] per predicatore della quaresima [c] proxima al Sr. duca di Nocera [5], poichè sarà buon mezzo di trattenere con la debita charità quei signori, anchorchè si disfaccia il collegio di Sto. Angelo.

Io ho ueduto la lettera, che V. R. ha scritta al P. Benedetto [6] sopra al fatto del P. Soldeuila [7], et habbiamo pensato di scriuere al P. Rodrigues, acciò che possa, bisognando, informare l' Illmo. Sr. don Joanne et i suoi segretarii, acciò che da quella banda non ci uenga impedimento; et come tutto quello che V. R. scriue mi pare molto buono, così desidero che ancora pensi et mi scriua il modo, col quale penserebbe che potesse lieuarsi di Napoli il detto P. Soldeuilla senza fare strepito, perciò che qui si andaua pensando che sarebbe bene quel che V. R. propone di mandarlo a Barcelona, con animo di farlo poi entrare più adentro nella prouincia, o di Toledo o di Castiglia; ma ho qualche dubbio del modo che si deue tenere di leuarlo di costì, et però ne desidero alcuno consiglio da V. R., sì come anco potrà scriuermi se intorno ciò le occorresse altro.

Prego la R. V. che ordini che sieno mandate le alligate a sicuro ricapito, rallegrandomi seco, et lodando Dio N. S. delle gratie che ci fa nell' Affrica, prosperando le cose dell' armata catolica [8].

Di Roma l' ultimo di Ottobre 1573.

Certo, R. P., mi sono rallegrato grandemente che V. R. si sia riso-

---

[c] quareisma *ms.*

[4] P. Joseph Blondus (Biondi).

[5] Alphonsus Caraffa, dux III Nuceriae. Vide epist. 257, annot. 8.

[6] P. Benedictus Palmius, assistens Italiae.

[7] Hanc Salmeronis epistolam non habemus, nec proinde constat de quonam facto hic agatur. Vide tamen, quae de P. Antonio Soldevila narrat SACCHINUS, loc. cit., part. IV, lib. II, n. 17.

[8] Hoc anno urbs Tuneti a classe hispanica, duce Joanne de Austria, subacta est. Gesta a nostratibus in hac expeditione SACCHINUS, loc. cit., nn. 18, 19, breviter enarrat. Paulo fusius eadem ab AGUILERA, loc. cit., I, 200, memoriae prodita fuere.

luta di andare a Nola, poichè spero che i nostri fratelli se ne saranno molto consolati, et che insieme haurà dato grande aumento della Compagnia in quel luogo.

V. R. deue hauere molta fatica scriuendo di sua mano, sì come ha fatto la lettera a me. Io la prego che si serua di alcun fratello, acciò che più conserui sua sanità. La data ut supra.

374

PATRI BENEDICTO PALMIO

NEAPOLI CIRCA DIEM 23 OCTOBRIS 1573 [1].

De P. Antonio Soldevila.

375

PATRI EVERARDO MERCURIANO

NEAPOLI 6 NOVEMBRIS 1573 [1].

De collegii nolani lustratione fructuque ex eadem percepto.

375 a

P. EVERARDUS MERCURIANUS PATRI ALPHONSO SALMERONI

ROMA 19 NOVEMBRIS 1573 [1].

De Nolani collegii inspectione non sine fructu a Salmerone peracta et de valetudine a P. Gaspare Sánchez recuperata laetatur.—Patris Gratiani aegritudo curanda.—Aedituis vasa sacra tangere permittitur.—Fratres, qui non recte procedunt, ad mentem nostrarum constitutionum juvandi, prius in spiritu lenitatis, deinde per correptiones.

P. Salmerone.—Doppo che il procaccio partì ultimamente, mi furono rese le lettere di V. R. delli 6 di questo [2], le quali si dubitaua che fossero perdutte. Da esse ho riceuuto molto particolare consolatione: prima pella sua uisita di Nola, et dell' ordine che ui ha dato, et della contentezza che n' hanno riceuuto quei fratelli, sì come da altra parte anchora ho inteso, et come io speraua che con la divina grazia tutto questo riuscirebbe a gloria sua; dapoi per la conualescenza del P. Gas-

---

[1] Ex epistola praecedenti, ubi praepositus generalis epistolam Salmeronis de P. Soldevila ad P. Palmium datam, legisse dicitur.

[1] Ex epistola sequenti.

[1] Ex regest. *Neapol. (1573-1576)*, fol. 7v.

[2] Haec epistola periisse videtur.

paro Sanchez [3], della quale rendo grazie con tutto l' animo a Dio S. N., et prego V. R. di salutarlo in mio nome, et dirgli che io confido nella divina bontà, che cauerà da questa uisitatione più abondante frutto di quel che al presente possiamo uedere. Vada pure destramente riconualendosi, et usando di quei consegli, che mi assicuro che con V. R. il Padre rettore [4] gli daranno.

Quanto al P. Gratiano Perugino [5], sento molto dolore della sua indispositione. Nondimeno, perchè non pare che possa seguirgli [a] notabil danno dalla sua dimora in Napoli nel tempo del verno, essendo che simili infermità si fanno maggiori nel caldo, ci pare che possa restare costì sino alla primauera, nel qual tempo, se Dio S. N. non gli restituisse la sanità, si penserà in qual collegio più salubre potrà mandarsi, anchorchè quel di Perugia sia molto carico, et habbia le sue straordinarie grauezze, sì come ha tutta questa prouincia.

V. R. potrà usare di tutta quella auttorità, la quale io ho, per dare licenza ai sagristani per toccare i uasi sacri.

Quanto al cacciare dalla Compagnia alcuni coadgiutori incorriggibili, et specialmente due, i quali ha mandato in peregrinatione, mi è piacciuto molto che V. R. me ne scriua; nondimeno, perchè si intende da molte parti che si è usato con tali piutosto un spirito di rigore che paterno; et che non si è dato ad essi quell' accesso et adito che ricercano le nostre constitutioni et la fragilità humana, massime dai ministri immediati; si proua che molti si sono perturbati, i quali però, usandosi poi la debita carità, si sono riguadagnati; il che fa che io preghi V. R. (benchè io non dubiti che l' hauerà a core) che gli sieno raccomandati, facendo che i ministri et rettori dei collegii ragionino spesso con i fratelli, et dimandino delle loro necessità, et procurino di solleuargli, et mettendo altri mezzi, i quali occorreranno a V. R. Et con tutto ciò, se doppo essersi usata questa solecitudine paterna et caritateuole, non si facesse frutto, essendone auuertito, io me ne rimetterò alla R. V., sa-

---

[a] seruirgli *ms.*

---

[3] P. Gaspar Sánchez a POLANCO, *Chron.*, IV, 218, et V, 207, laudatus, ex Sicilia valetudinis recuperandae gratia Neapolim missus fuerat. De hoc egregio viro, qui primus panormitanae professorum domus praepositus fuit, plura habet AGUILERA, loc. cit., II, 40-41; et BOERO, *Menologio*, II, 344.

[4] P. Gaspar Hernández, saepissime in superioribus epistolis laudatus.

[5] Vide epist. 384.

pendo molto bene che la prattica della 2.ª parte delle constitutioni non è poco necessaria alla conseruatione della Compagnia [6].

Quanto al P. Soldeuilla, mi è stata gratissima la diligenza di V. R. con la consideratione di quei modi, i quali mi propone per lieuarlo di Napoli, et anco ci pare più riuscibile il primo, che tocca, di fare che frate Gregorio mi scriua, il che se farà, mi reggerò segondo quel ch' essa mi propone, uendendogli cara la mercantia [7]. Nè etc.

Di Roma i 19 di 9.bre 1573.

376

PATRI EVERARDO MERCURIANO

NEAPOLI 13 ET 14 NOVEMBRIS 1573 [1].

De P. Soldevila et de eleemosyna mediolanensibus Patribus procurata.

376 a

P. EVERARDUS MERCURIANUS PATRI ALPHONSO SALMERONI

ROMA 21 NOVEMBRIS 1573 [1].

De P. Antonio Soldevila.—De eleemosyna a P. Salmerone pro templi domus professorum mediolanensis erectione procurata.—Archiepiscopus consentinus et P. Victoria.

P. Salmerone.—Doppo hauere scritto l' alligata a V. R., io ho riceuuto le sue dei 13 et 14 del presente [2] con quella del P. Vittoria.

Quanto al P. Soldeuilla molto mi è piaciuto il modo tenuto da lei col Padre frate Gregorio et con l' istesso P. Soldeuilla, del quale non uediamo come risoluersi, atteso che habbiamo probabile dubbio ch' esso farebbe qualche romore in Napoli, se, o con arte, o uero per forza con espressa ubidienza uolessimo lieuarlo; et già ch' esso non ha hauuto rispetto di trattare delle cose passate, da se, senza ricorrere a suoi superiori, ben può dubitarsi che hora il farebbe, onde seguirebbe forse alcuna nimicitia contro la Compagnia o alteratione, la quale spero che col tempo potrà schiuarsi, et con tutto ciò effettuarsi il negozio che

---

[6] Secunda pars constitutionum Societatis Jesu circa dimittendos versatur.

[7] Vide epist. 173ª.

[1] Ex sequenti responsione his epistolis data.

[1] Ex regest. *Neapol. (1573-1576)*, fol. 8r.

[2] Desiderantur hae litterae in nostra collectione.

desideriamo. Per tanto V. R. si contenterà di considerare anchora qualche altro mezzo et auisarmene, il che anco si farà qui, et ne sarà auisata [3].

Quei Padri di Milano saranno molto ubligati a V. R. della diligenza che ha usato et usa nella limosina che desiderano riscuotere per mezzo suo costì, sì come io anchora ne sento grande consolatione: et uerrà bene quel denaro a proposito, poichè i poueri Padri hanno ultimamente riceuuto notabil danno di una rouina accadutta nella fabrica della loro chiesa [4]; pello quale mi scriuono che io le raccomandi questo negozio di nuouo; ma ueggo che la carità et diligenza di V. R. non ha bisogno di raccomandazione.

Mando a V. R. la lettera che scriuo al P. Vittoria, et quel che Mons. di Cosenza [5] mi ha fatto rispondere, hauendogli fatto intendere ciò che passaua. Le piacerà di mandare il tutto al detto Padre per sua consolatione.

Ci siamo rallegrati in Domino che il P. Jimenez [6] et il suo compagno siano giunti sani costà. Se fossero anchora costà, gli saluterà in mio nome.

Desidero che V. R. saluti anco il P. Gasparo Sanchez la cui lettera ho riceuuto, che mi è stata gratissima.

Nè essendo etc.

Di Roma il 21 di 9.bre 1573.

377

PATRI EVERARDO MERCURIANO

NEAPOLI ANTE 28 NOVEMBRIS 1573 [1].

Litteras Neapoli Romam missas citius ex tabellione requirendas, ut maturius responsa dari queant.

---

[3] Vide epistolas praecedentes.

[4] De initiis domus professorum mediolanensis cf. SACCHINUM, loc. cit., part. III, lib. VIII, n. 188; et BARTOLI, *Memorie istoriche*, lib. III, cap. 27.

[5] Andreas Matthaeus Acquaviva (1573, 16 Sept.—1576). GAMS, *Series episcoporum*, pag. 878.

[6] P. Jacobus Jiménez, qui fuit P. Natalis socius, et postea rector poenitentiariae, secretarius Societatis, et tandem procurator generalis. Cf. *Institutum Societatis Jesu* (Florentiae, 1892-1893), II, 247.

[1] Ex epistola Mercuriani 28 Novembris Salmeroni data, quae primo disserit de quodam juvene medico, qui ad Indiam mitti cupiebat, explorando an aptus illi missioni censendus foret. Deinde ita prosequitur: «Ho rice-

378

ANTONIO SAULI NUNTIO APOSTOLICO

NEAPOLI 4 DECEMBRIS 1573 [1].

Francisci Antonii Villani poenitentiam et piam mortem enarrat.

Racconto della morte del reggente Villano, il quale fu contrario alla jurisdittione ecclesiastica [2].

---

uuto una sua breue del P. Ximenez, nella quale mi auisa circa il pigliare a tempo dal procaccio di Napoli, il che si farà con l' aiuto di Dio quanto si potrà; ma come non si paga qui il porto di quelle lettere, et anco spesso sono occupati i scrittori in altri spazzi che si fanno nel medesimo giorno che uiene il procaccio, non si può cossì assignatamente hauer le dette lettere. Et essendose fatta qui deliberatamente di pigliare una 7.na in mezzo per potere consultare le cose, le quali ci uengono scritte; però V. R. non si marauiglierà se tal' hora quando non ui sono cose urgenti, non si risponderà immediatamente; anchorchè, specialmente con lei, non si mancherà di farlo ogni uolta che conuerrà... Di Roma a dì 28 di Nouembre 1573.» Ex regest. *Neapoli (1573-1576)*, fol. 8v.

[1] Ex apographo in codice, cui titulus: «Analecta politica et jurisdictionalia», Romae, in Bibliotheca Barberiniana, XXXIII, 168, duplici fol., nn. 160, 162.

[2] Hic Franciscus Antonius Villanus a GIANNONE, acerrimo jurisdictionis ecclesiasticae impugnatore, saepius laudatur in opere *Istoria civile del regno di Napoli*, quod jure inter libros vetitos a Sacra Indicis Congregatione relatum est; cum enim Villani gesta contra potestatem ecclesiasticam enarrat, eum laudibus extollit, prout videre est in citato opere, X, 79 et 100; cum autem illius poenitentiam et reconciliationem cum ecclesia litteris mandat, en quo pacto rem lectoribus venditat: «Il duca accertato di questi passi dati da Roma, e di quanto accadeva nel regno, ne fece piena consulta al re sotto li 10 giugno di quest' anno 1569, pregandolo istantemente a dar pronto riparo, ponendogli ancora sotto gli occhi ch' egli era gia di 62 anni, il reggente Villano ne avea finiti 70, ed il reggente Revertera poco meno; e potrebbe facilmente ad alcuni d' essi sopravvenire la morte con tali timori e scrupoli che gli ecclesiastici esageravano, i quali finalmente turbano la pace dell' anima, e maggiormente a' vecchi che sono nell' estremo di lor vita. Non passò guari che il reggente Villano cadde infermo, ed i confessori non lo volevano assolvere: venne all' estremo di sua vita, ma non perciò trovava da' confessori pietà; finalmente il nunzio, essendosi prima con usar molte diligenze accertato che veramente era quasi in agonia, siccome in effetto poco da poi se ne morì, diede il permesso che si potesse confessare ed assolvere, ma con condizione che se fosse vivuto, non andasse più dal vicerè quando si trattassero cose di giurisdizione, nè s' intromettesse in quelle. Così fu assoluto, e così morì il cotanto fra noi celebre reggente Villano, ministro non men dotto che zelante della giurisdizione e preminenze

Rmo. signor mio in Christo osservandissimo [3].

Per bocca di V. Sria. Rma. ho inteso qualmente la santità di nostro signore Gregorio XIII.°, hauendo inteso che io mi fussi trouato presente alla malatia et morte del quondam [a] signore Antonio Villano, regente della cancellaria in questo regno di Napoli, per uisitarlo et consolarlo in quello estremo passo, come a persona molto da me conosciuta et familiarmente conuersata, e trattato ancora d' uno scrupolo che lo cruciaua grandemente per hauer consultato et impedito la giurisdittione ecclesiastica del papa et delli vescoui di questo regno, ha dato ordine a V. Sria. Rma. che ricercasse da me in scriptis la verità di quanto in questo punto all' hora con esso passai. Et però non mi parendo officio a sacerdote religioso disdiceuole di testificare la verità adimandata, nè manco ingerendomi da me stesso, ma per la obedienza che per ogni raggione si deue al sommo vicario di Christo in terra, dirò breuemente quel tanto che per hora mi posso ricordare, rimettendomi sempre ad altri, che se ritrouorno presenti con me, quali di questa cosa haueranno più fresca et viua memoria.

Essendo adunque detto regente Villano chiarito per li medici della sua inminente morte, et intrando per uisitarlo in compagnia del M. Giovanni Geronimo Vignes, lo trouammo che sedeua allo letto un poco, con grande dolore di cuore et affanno, suspirando bene spesso; et correndoli le uiue lacrime dagli occhi, mi pigliò per la mano, et confessò apertamente che esso staua molto trauagliato della conscienza, per hauer fatto gran resistenza alla giurisdittione ecclesiastica, e specialmente a quella del papa, et questo per pura ambitione et per mantenerse nella gratia del re [4] et del signor vicerè [5], et che in questo pretendeua hauer errato

[a] q.m *ms.*

del suo re, il cui tumulo oggi s' addita nella chiesa di S. Lorenzo Maggiore di questa città.» GIANNONE, loc. cit., X, 117-118.

[3] Antonius Saulius, nuntius apostolicus Neapolim a Gregorio XIII missus, postea archiepiscopus genuensis et sanctae ecclesiae cardinalis a Sixto V creatus est. Cf. UGHELLUM, *Italia sacra*, IV, 901.

[4] Philippus II, rex Hispaniae et Neapolis.

[5] Petrus Afán de Ribera.

per ignoranza, sapendo esso essere falso, et conoscendo l' autorità di quella santa sedia, onde per questa causa lui temeua in gran maniera la condennatione dell' anima sua, se non sapesse che Dio era d' infinita bontà et misericordia, et che esso si protestaua dinanzi a noi come moriua pentito di questo grande errore, et che, si Dio N. S. li desse la sanità et vita, proponeua di più presto lasciare l' officio di regente, che implicar altra uolta in tanto risico la sua conscienza; et che più presto uoleua essere portinaro del nostro collegio, et viuere come un pouero religioso della Compagnia nostra, che tornare a fare tale errore; et replicaua non so che uolte: «Padre Salmeron, pigliatemi per uostro portinaro in uostra casa.»

Io all' hora mi sforzai di consolarlo con alcune buone parole che il Signore mi messe in bocca, essortandolo a fare di buon animo, et ad alzare gli occhi al Signore, et mettere ogni confidenza et speranza in esso, perchè a nessuno, che ueramente fusse pentito di cuore et che battessi alla porta della sua gran misericordia, con la quale vince et assorbisce tutti li nostri peccati, non mancò mai, nè può mancare.

Et così stando in questo raggionamento, venne all' hora il Sr. Cesare Brumano, nuntio di Sua Santità in quello regno, chiamato, come mi persuado, dal detto regente, con il quale parimente tornò a replicare (piangendo) quanto mi haueua detto prima. Lui poi lo confortò con buone parole, et l' offerse da parte di Pio V.° l' assolutione; per essere quelle cose papali riseruate da Sua Santità in bulla *Coenae Domini,* et questa cosa fu publica per Napoli.

Di più mi pregò a parte che io uolessi per parte sua andar dal signor vicerè, che all' hora era il duca d' Alcalà, acciò che io li riferissi come lui s' era reconciliato con la chiesa, et presa l' assolutione, supplicandolo che lo uolesse tenere a bene, il che, ancorachè io, molto ricercato dal detto regente, non uolsi promettere, perchè temeria che non li fusse grata cosa, tuttauia dopo, mutato l' animo, non tornai a casa, che non feci il detto officio con l' Exc.ª del signor vicerè, et poi, tornato in casa, per una mia poliza glielo feci intendere al detto regente, il quale mi

ringratiò assai dell' officio; et lui a tre giorni dopoi passò da questa vita all' altra.

Questo è quel tanto che per hora mi occorre in memoria; et di quanto ho detto per scarrico della mia conscienza, et per la pura obedienza che sono obligato a rendere al vicario di Christo in confirmatione et attestatione della verità, ho dettato et sottoscritto di propria mano la presente. Hoggi, giorno di santa Barbara, a 4 di Decembre 1573.

Ita est ut supra scribitur,

ALPHONSUS SALMERON.

Inscriptio huic monumento praefixa. Al Rmo. signor mio in Christo osservandissimo, il Sr. Antonio Sauli, nuntio di Sua S.tà nel regno di Napoli.

379

PATRI EVERARDO MERCURIANO

NEAPOLI ANTE DIEM 13 DECEMBRIS 1573 [1].

De P. Rodericii valetudine.—De P. Victoria.—De Patris Nunii cum P. Abbate expeditione.—Ne filium Salmeronis se profiteatur, modeste eum rogat.

379ᵃ

P. EVERARDUS MERCURIANUS
PATRI ALPHONSO SALMERONI

ROMA 17 DECEMBRIS 1573 [1].

Rodericii convalescentia laetatur.—P. Victoria Catacium mittendus videtur.—Ejus loco P. Blondus sufficiendus.—P. Abbas Tropaeam a P. Domenecco mittitur, ejusque socius P. Nunius designatur.—Tempestas in collegia Fuldae et Spirae oborta.— Vasquesius in claudendis duobus collegiis summam adhibet dexteritatem.—Mercurianus Salmeronis filium et primorum Societatis parentum amantissimum se profitetur.

P. Salmerone.—Non risposi la 7.na passata alle lettere di V. R. [2] per

[1] Ex epistola sequenti, qua huic respondetur, in qua supponitur hebdomada, quae diem 17 Decembris praecessit, litteras Salmeronis Romae acceptas fuisse. Cum autem illa hebdomada die 13, quae fuit dominica, finiretur, ante hunc diem Salmeronem scripsisse liquet.

[1] Ex regest. *Neapol. (1573-1576)*, ff. 9v-10r. Vide epist. praecedentem, annot. 1.

[2] Hae litterae Salmeronis ad nos non pervenerunt.

essere molto occupato nella speditione delle lettere per l' Indie; nondimeno io mi consolai molto con quello che mi scrisse, massime circa la conualescenza del P. Rodriguez [3], del quale hoggi habbiamo più sicuri auisi per lettere di Palermo del 24 del passato. Sia sempre laudata la divina bontà.

Io ho uisto quello che V. R. mi scriue circa il modo del predicare del P. Vittoria [4], et si uede che è necessario di lieuarlo di là et mandarlo a Catanzaro, acciò che quella città, con hauerlo presente, non si essacerbi d' auantaggio, et V. R. potrà mandare in suo luogo il P. Giuseppe Blondo, et forse con lui potrà stare il P. Giovanni Domenico Candela, il quale l' aiuterà nelle confessioni, et doppo pasqua potrà andare in Sicilia col fratello Antonio Madrid. Nondimeno mi rimetto a quel che V. R. risoluerà. Nell' inclusa uedrà quel che mi è stato scritto di Catanzaro.

Quanto al P. Luis Nugnes [5], intendo per lettere di Sicilia che il P. Domenech haueua designato di mandarlo col P. Giacomo Abbate [6], il quale anderà questa quaresima a predicare a Tropea; però, se deurà uenir' a Napoli, mi piace quel che V. R. scriue, che la Compagnia non accia le spese dei uiatici; nè del sostentarlo; et forse sarebbe bene, per prouedere a questo, fare che l' istesso P. Luigi scriuesse ai suoi fratelli che li mandassero il modo [a] per uenire, se la sua uenuta è necessaria a essi.

Qui con la divina grazia stiamo assai bene, ancorchè questi dì io habbia hauuto un poco di catarro, del quale però spero in brieue essere libero.

Di Germania io sono auisato che alcuni principi heretici fanno ogni sforzo per turbare et scacciare i nostri di Fulda et di Spira, et forze di alcuno altro luogo. Prego la R. V. che raccomandi et faccia raccoman-

---

[a] m.° *ms.*

---

[3] P. Christophorus Rodericius, qui anno 1572 ad classem christianam contra turcas destinatus fuerat. Cf. SACCHINUM, loc. cit., part. III, lib. VIII, n. 25; et part. IV, lib. I, n. 62.

[4] P. Joannes Victoria. Vide epist. 376*.

[5] De P. Ludovico Nuñez, hispano, ejusque mira ad Societatem vocatione, cf. AGUILERAM, loc. cit., I, 212.

[6] P. Jacobus Abbas (Abbate), inter egregios Societatis Iesu operarios laudatur a P. GUILHERMY, *Ménologe, Assistance d'Italie*, I, 165, ex *Litteris annuis* anni 1611.

dare a tutti della sua prouincia questo negozio, acciò che ne pre[g]hino Dio [7].

Mi sono molto consolato della destrezza, con la quale il P. Dionisio ha disfatto quei due collegi, lasciando in ciascuna di quelle città buono odore della maniera che ha tenuto [8]. Laus Deo.

Qui, se bisognerà, si farà l' ufficio col Sr. cardinale Caraffa, in caso che 'l Sr. duca di Nocera [9] facesse qualche mouimento. Et benchè spero che non seguirà altro romore, nondimeno credo che V. R. haurà già preuenuto gli animi di alcuni di cotesti signori di Napoli, i quali per essergli parenti potessero hauere occasione di dolersi.

Con che fo fine, raccomandandomi etc.

Di Roma il dì 17 di X.bre 1573.

Padre mio. Quanto al dirmi figliolo di V. R., pregola per amor d' Iddio che mi permetta la consolatione di potere sprimere, et per parole et per lettere, quello che 'l cuor mio sente al modo che di quelli che, come sono, così lo sento, sono padri di questa minima Compagnia, et ter quaterque miei Padri.

380

PATRI EVERARDO MERCURIANO

NEAPOLI ANTE DIEM 9 JANUARII 1574 [1].

De variis negotiis in sequenti epistola consignatis.

---

[7] De tempestate hoc tempore contra collegia fuldense et spirense oborta cf. SACCHINUM, loc. cit., part. IV, lib. I, n. 85 et seqq.; et REIFFENBERGIUM, *Historia Societatis Jesu ad Rhenum inferiorem*, I, 132-135, ubi litterae gratulatoriae Mercuriani ad P. Hermannum Tyraeum, hac occasione datae, reperiuntur.

[8] Vide epist. 370a et 370b.

[9] Alphonsus Caraffa. Vide epist. 257, annot. 8.

[1] Ex litteris Mercuriani, quae sequuntur.

380 [a]

P. EVERARDUS MERCURIANUS
PATRI ALPHONSO SALMERONI
ROMA 9 JANUARII 1574 [1].

De legitimis quorumdam sociorum earumque instrumentis.—Candidatus quidam ob essentiale impedimentum rejiciendus. – Marcus ebolensis admittendus videtur.—P. Joseph Blondus Angelopolim; P. Victoria Rossanum; et P. Candela in Siciliam mittendi.—Salmeronis erga varios charitas laudatur.

P. Salmerone.—Io pensaua di potere mandar a V. R. la ratificatione degl' instrumenti mandati da V. R. per conto di alcune legitime; ma ci occorse alcun dubbio, del quale scriue minutamente il P. Leono [2], procuratore; per conto di alcune clausule, le quali conuiene mutare. Con la risposta sua si uedrà di mandargli il tutto quanto prima.

Quanto a quel giouene che uorrebbe entrar nella Compagnia, non pare che debba accettarsi, hauendo quello impedimento essentiale di essere stato nell' ordine di Sto. Benedetto, et questo per doi rispetti; l' uno è perchè non si sa che habbia tanto rare parti, che bastino per chè si dimandi la dispensa; l' altra perchè al tempo de l' ultima congregazione si sono sentiti lamenti per questo conto, parendo che si fosse proceduto con alcuni simili troppo facilmente. Et questo a fatto che, essendosi poco tempo fa offerti alcuni buoni theologi fatti et di molto rare qualità, nondimeno per giusti rispetti è stato giudicato che non si douesse dispensar con loro. Et così mi assicuro che V. R. stimerà essere molto spediente che non consentiamo a tali cose, se non fossero cause tanto rileua[n]te, che dalla admissione di esse non solo non si scandalisassero i nostri, ma anco i forastieri et la Compagnia si edificassero del fatto.

Qua è uenuto un giouene calsolaio, chiamato Marco d' Euoli [a], il quale è stato 15 mesi nella Compagnia, et dice che per qualche indispositione fu mandato fuori. Piacerà a V. R. di considerare se si dourà riaccettare, perchè mi sarebbe cosa grata che fosse consolato, quando non ci fosse notabile causa di non farlo.

Mi par bene quanto V. R. scriue nell' ultima sua circa il mantener

[a] hieuoli *ms. Vide epist. 381*[a], *ubi* Euoli *scribitur.*

[1] Ex regest. *Neapol. (1573-1576)*, fol. 10.

[2] P. Franciscus de León, procurator generalis Societatis ab anno 1570 ad 1576.

la parolla al signor duca di Nocera [3] per le prediche del P. Giosepho Blondo et qu' il P. Vittoria vada a Rosano [4], et il P. Giovanni Domenico Candela a Sicilia.

E stato bono l' ufficio, che V. R. a fatto co' il fratello del P. Luys Nugnes [5] et la charità che usa col P. Gaspar Sanchez [6] con la diligenza che mette in aiutar' la casa di Milano per riscuotere quel credito, che è stato assignato a quella chiesa [7].

Qui tutti con la Dio grazia stiamo sani, et preghiamo Dio che dia a V. R. et a tutti i suoi il buono anno nuouo et la buona pasqua.

Con che mi raccomando etc.

Di Roma a li 9 di Genaio 1574.

381

PATRI EVERARDO MERCURIANO

NEAPOLI 15 JANUARII 1574 [1].

De rebus provinciae neapolitanae in sequenti epistola contentis.

381a

P. EVERARDUS MERCURIANUS
PATRI ALPHONSO SALMERONI

ROMA 20 JANUARII 1574 [1].

Instrumenta quarumdam legitimarum Neapolim remittuntur.—Marcum ebolensem non admissum fuisse in Societatem probat.—Plures e nostratibus Romae catarrho laborant.—Tristannus pro templi panormitani Societatis reparatione a Domenecco postulatur; sed ejus loco P. de Rossis mittendus videtur.

P. Salmerone. – Con la uenuta del P. Rodriguez [2] ho riceuuto la lettera di V. R. dei 15 del presente, et si manderà la ratificatione col procaccio circa quelle legitime [3]: et V. R. ha fatto bene a non riceuere

---

[3] Alphonsus Caraffa. Vide epist. 257, annot. 8.

[4] Vide epist. 379a.

[5] Vide epist. 379a.

[6] De eo diximus in epist. 375a.

[7] Vide epist. 372, 376 et 376a.

[1] Ex sequentibus litteris, quae huic Salmeronis epistolae respondent.

[1] Ex regest. *Neapol. (1573-1576)*, fol. 10v.

[2] P. Christophorus Rodericius, saepissime in his litteris commemoratus.

[3] Vide epist. 380a.

quel Marco da Euoli, perchè, come scriue, non era atto per la Compagnia [4].

Ci [r]increscе del catarro di V. R., et desidero che si habbia molta cura per maggior seruitio di Dio S. N.

Già il P. Federico [5] è risanato, Dio grazia, et Gioan barbiero sta meglio. Vero è che altri uanno cadendo enfermi per conto di questi catarri, che corrono ancor qui, i quali saranno raccomandati alle orazioni di V. R. et dei suoi.

Quod litteras catholicae maiestatis, et meas Illmo. viceregi reddideris, ago gratias; et quoniam a nulla re magis abhorrere videntur hispani, quam ut verba dent; nec aliud in lingua promptum habent, quam quod in corde clausum gerunt, in magnam spem venio me tandem aliquando ab ista tam diuturna tamque rigida reformatione fore liberum, quae me quattuor integros annos valde male habuit. Nec dubito, qui tuus est amor in me, quin prius conquieturus non sis, quam ea quae feliciter per te coepta sunt, ad optatum exitum perduxeris. Quod autem quereris me pro meo poenitentiarii munere, quo fungor, grauiorem in te sententiam tulisse, caussam hanc esse scito, quod nemo fuit, de cuius in me beneuolentia, plura mihi pollicerer, cuius etiam consilio iudicioque plus tribuerem, quam tu: in quo maiorem ex ea re dolorem tuli, quod expectationi de te meae, non respondisse videbaris. Quoniam vero iam correctus est hic error, nullam a te deinceps satisfactionem ali[qu]am requiro, quin omni te culpa prorsus libero; verum ea lege, si memineris eius, quod scriptum est: Non qui coeperit, sed «qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit [3]». Dabis operam, quae laudatur in hispanis grauitas et constantia, vt eam in te quoque laudare possimus; nec nisi perfecta re conquiesces. Quod vero consilium das, vt ne prius isthuc mittam aliquem, quam pecunia Neapolim fuerit allata, mihi valde probatur, et ita facere decreueram; sed omnino puto futurum, vt Illmus. vicerex, pro ea obseruantia, qua est erga sanctam sedem apostolicam, mittat unum ex suis ad sanctissimum dominum nostrum, qui sanctitatis eius pedes exosculetur, qui, posteaquam officio suo functus, reditum isthuc suum parauerit, vellem vt ille se mei itineris comitem [a] adiungeret, et vna cum illo Neapolim profectus, quae sibi mandata fuerint a me, perficeret, nisi forte prius aliquid cognoscerem de pecunia Neapolim perferenda, quam huc legatus Illmi. domini viceregis ppulisset, tum enim vellem, vt aliquis ex meis, statim isthuc proficisceretur. Qua de re, vt me certiorem facias primo quoque tempore, maiorem in modum abs te peto, simul et illud, si qua ratione potes, prouidere velis, posteaquam pecuniae fuerit aliquid allatum, vt pro serenissima infante pars eius aliqua conseruetur. Scis enim illud, quod post festum venire miserum est. Plurimum me tibi deuinxeris, si quae scribuntur ad me, confecta red-

[a] illi se meus itineris comitem *apogr. nostr.*

[3] MATTH., X, 22.

dere curaueris: apud gratum et memorem officium hoc tuum posueris [b]. Factum est autem errore, quod exemplum litterarum ad te scriptarum, tuis inclusum est; nam Rdo. domino praeposito vestro generali mitti debebat. Cuperem scire num meae litterae Rdo. domino nuncio apostolico, et domino Villanno, redditae sunt, nam neuter eorum m[ih]i respondit.

460

LAELIO BRANCACCIAE
EPISCOPO TARENTINO

NEAPOLI SUB DIEM 13 AUGUSTI 1575 [1].

Collegium Societatis Tarenti non posse admitti; sed ejusdem Societatis aliquos operarios, quando id fieri possit, in eam urbem mittendos fore.

461

PATRI EVERARDO MERCURIANO

NEAPOLI 19 AUGUSTI 1575 [1].

Qua ratione tertiae probationis praxis in provincia neapolitana ordinari valeat, a Mercuriano sciscitatur.– Item de sacrae scripturae lectionibus eumdem consulit.—Quod ordinatum est, ne quis in Societate licentiati, vel doctoris, aut theologi appellationem usurpet, in provincia sua observari.

✝
Jhs.

Molto Rdo. in Christo Padre.

Pax X.[i]

Con questa le mando la informatione di quelli Padri che sono in questa prouincia, li quali si potriano applicare a quel grado della Compagnia che V. P. giudicarà essere più atti et idonei.

Di più l' auiso come, uolendo io mettere in essecutione il terzo anno della probatione [2] a quelli che l' anno passato finirono li suoi studii, trouo alquanto de difficultà, perchè sono sparsi per diuersi luoghi della prouincia, et è impossibile mandarli al nouitiato, perchè alcuni predicano, altri leggono alcuna lettione d' humanità, altro serue per maestro de nouitii, altro è ministro;

---

b *Sic.*

---

1 Ex epistolis 455[a] et 457.

1 Ex archetypo, in codice *Epist. Salmer.*, 2 fol., n. 219, prius 88.

2 Vide epist. 423 et 423[b].

et così non possono mandarsi al nouitiato senza fare mancamento a questi officii che fanno.

Mi occorreua di proponere alla P. V. se bastasse che in quel luogho doue se ritrouano, se li ponga un maestro de nouitii che li gouerni, et che attenda che siano dediti più alla oratione, et che se essercitino in alcuni officii più bassi, et che così passassino l' anno terzo de probatione; ma se questo non li piacesse, aspettarò dalla P. V. la sua resolutione, perchè io non so che uia tenere, essendo necessarii nelli ministerii che fanno.

Quanto all' ordine mandato che ce sia un lettore che legga la sacra scrittura, se questo s' intendesse de leggere al populo le feste, et le dominiche tra l' anno, questo sempre s' è osseruato in questo collegio, et qualche uolta nelli collegii piccoli; ma se se intende di leggere la scrittura alli nostri istessi scholari che studiano la theologia, questo non s' è fatto in Napoli, nè mai è stato ricercato da superiori; et non so se darrò stracchezza all' auditori sentire due lettioni di theologia scolastica ogni dì, et un' altra de scrittura. E ben uero che la cosa sommamente me piace, et la giudico molto utile et necessaria, massime se se facesse d' un buono et eccellente lettore; et giudicaria che farria più frutto una lettione di theologia scolastica, et un' altra della sacra scrittura in caso che non si potessino leggere due de scolastica [a] et una de scrittura; et la tenessi per più utile, che leggere due sole della scolastica.

Quanto al lettore, mirando in tutti quelli che sono in questa prouincia, non trouo niuno che sia a proposito; perchè pochi hanno fatto studio in simile cosa; però la P. V. uederà quello che più conuiene, et che aggiuto o soccorso possa dare a questa cosa, et auisare de quanto s' habbia ad fare. Solamente questo m' occorre: che questa tale lettione non è se non per li collegii nelli quali se legge la theologia, perchè nell' altri non haueriano auditori; et così in questi collegii de questa prouincia non sarria a proposito, se non solamente in Napoli.

Quanto all' altro ordine dato, che nelli nostri collegii nissuno

---

[a] scolastico *ms.*

se chiami licentiato, o doctore o theologo fra noi istessi, se osseruarà qua, benchè nissuno sole usare simili termini in questa prouincia, per quanto io sappia.

Con che nella presente fo fine, humilmente racomandandome alle sante orationi et sacrificii della P V., con tutti li figlioli che tiene in questa prouincia.

Di Napoli li 19 d' Augusto 1575.

Di V. Rda. P. seruo et figluolo in Christo,

ALFONSO SALMERON.

Inscriptio. † Al molto Rdo. in Christo Padre nostro, il P. Euerardo Mercuriano, generale della Compagnia di Giesù. Roma.

Sigilli vestigium.

462

PATRI EVERARDO MERCURIANO

NEAPOLI 20 AUGUSTI 1575 [1].

Informationes de iis, qui ad gradum professorum vel coadjutorum spiritualium in provincia neapolitana promovendi videntur.

† Jhs

P. Marius Morsellus [a].

Primo. Nomen, Marius Morsellus, andriensis, aetatis triginta nouem annorum, sanus ac robustus. Vitae genus ante ingressum tale fuit, ut studia jurisprudentiae consectaretur, ut in

[a] *In marg.* 4 vot.

[1] Ex archetypo, in codice *Neapol. et Sicul. Catal. (1553-1571)*, ff. 45-48, prius saepius numeratis. Manus est amanuensis, subscriptio autem Salmeronis manu exarata. Vide epistolam praecedentem, quacum hic catalogus Romam missus est, prout ipse Salmeron testatur. In margine alia manu exaratae habentur notae de judicio a moderatoribus circa aliquos formato. Aliqua verba, a librario saepius perperam scripta, et a nobis in textu emendata, hic notanda duximus. Sunt autem sequentia: *accomodatus, comoda, concientia, depraecor, depraehendo, emicto*, pro emitto, *inmortalis, interpraetor, satisfatione, semminarium, teologia, uaccillare.*

eis doctoratus lauream assecutus sit; semper tamen per nonnullos annos frequentare sacramenta apud nostros non destitit, eratque in precio apud multos ob insignem suam eruditionem, et archiepiscopus neapolitanus in suum consilium cooptare illum cupiebat, et quotidie in arduis negotiis ad se uocare solet.

2.° Ingressus est Societatem Neapoli ante octo annos, et experimentis omnibus, que in examine prescribuntur, in nouitia tu probatus per biennium cum dimidio.

3.° Multum in uirtutibus a suo ingressu in hunc diem profecisse uidetur, et in obedientia, et in paupertatis affectu et amore instituti progressus magnos fecit. In uocatione autem sua, quod sciam, uacillauit nunquam, nec ullum uel minimum signum eius uaccillationis edidit.

4.° Quod attinet ad theologiae scolasticae studia, hic Pater illa non est consectatus, quoniam juris ciuilis et canonici peritiam pro scopo suo habuit. Postquam autem ad nostros se recepit, priuatis studiis et fratrum quorundam diligentia multas partes theologiae perdidicit, praeter ea quae ad logicam et philosophiam spectant, quae simile labore et diligentia apud nostros consequutus est; et haec magis superiorum suorum uoluntate quam sua, ut intelligo, renitebatur enim potius, suis studiis contentus.

5.° Quod attinet ad tertium annum probationis a constitutionibus praescriptum, quoniam iste ante ingressum iam omnia sua studia absoluerat, non aliter eum in probationibus confecit quam in probatione sua generali, quam Nolae per nonnullos annos magna cum aedificatione absoluit.

6.° Quod attinet ad literas humaniores, multum cognitionis in illis est assequutus; nam et prosa oratione et uersu eleganter multa conscribit. Philosophiam uero ac theologiam, etsi non docuerit, explicauit tamen per multos annos casus conscientiae magna cum laude et auditorum profectu; nam et auditorium frequentissimum semper habuit, et etiam nunc habet; et omnes, qui juri canonico aut theologiae addiscendae incumbunt, ad eum audiendum accurrunt, ita ut nulla sit ex nostris scola magis frequens, et maioris et grauioris literaturae scolaribus referta, cum interdum etiam doctores eum libenter audituri ueniant;

habet enim acre iudicium et magnam in tradendis disciplinis formam ac methodum.

7.° Multum profecit hic Pater in doctrina christiana tradenda et praedicanda; nam praeter lectionem casuum conscientiae, perpetuo in doctrina christiana instituendis hominibus uersatus est, qua in parte magna felicitate uersatus est, propterea quod uiri graues et mercatores ad eum audiendum confluant non sine magno animarum fructu. In confessionibus uero audiendis multum sane profecit; nam praeterquam quod in audiendis confessionibus omnium fratrum domesticorum curam suscepit, ex quo P. Be[r]nardinus Realinus Licium est profectus, et magna hanc prouinciam dexteritate et satisfactione omnium administrat; externis tamen audiendis operam suam praestat, et praesertim nobilibus et magnis quibusdam uiris. Est etiam praefectus casibus conscientiae definiendis, qui apud fratres nostros sacerdotes agitari solent et tractari, quoniam in eo ministerio caeteris eminere uidetur; et pauci sunt casus conscientiae, qui per archiepiscopum, uel nuntium apostolicum, uel per alios externos episcopos, uel alios quosuis homines ad nos decidendi deferuntur, qui eius praesertim iudicio et authoritate non definiantur, quoniam, ut diximus, iudicio plurimum ualet, et lectione eorum, qui de casibus conscientiae scripserunt, ualde exercitatus est.

8.° Administrationem aliquam Societatis nullam obiuit, nisi quod Nolae ad tempus ministri officium exercuit, non sine magna sui comendatione et laude. Itaque natura sua magis comparatus fuit ad legendum et docendum, quam ut aliis praeesset, et ita talentum eius in docendo hactenus patefactum est, et ab omnibus commendatum, atque in ea quam praestitit prouincia omnes agnouerunt in eo singularem prudentiam, modestiam et charitatem, quibus uirtutibus doctrinam suam exornauit.

9.° Non solet ille in docendo peregrinas aliquas, aut alienas a nostro instituto opiniones consectari, sed communes, et nostro instituto quam proximas; neque proprii iudicii aut sententiae amator esse solet aut tenax.

10.° Deuotioni et orationi intentus esse solet, et animarum salutem zelat, et, ut mihi constat, in laboribus et difficultatibus

quae occurrunt, strenuum se militem ostendere solet, ut pro Dei gloria et proximorum salute nulla uel magna incomoda uel labores non subiret, si causa exigeret.

11.° Aliquod regendi munus ambiuit nunquam, immo suapte natura semper refutauit. Immo etiam antequam Societatem ingrederetur, oblatum sibi honestum beneficium in patria refutauit; sacerdotium uero, quoniam ante ingressum suum ad nos iam sortitus erat, ambire inter nostros non potuit. Ad altiora uero literarum studia non aspirauit; ex quibus facile colligi potest nullam significationem dedisse se magis hunc gradum quam alterum in Societate desiderasse; sed eum tantum, quem superiores sibi praescriberent.

P. Benedictus Sardus [b].

Primo. Nomen satis constat. Patria est messanensis, aetatis 31 annorum. Non admodum firmae est ualetudinis ob corporis debilitatem. Et quia ante quindecim annos ad nouitiatum Panormi admissus est, constat quale uitae genus ante ingressum profiteretur; erat enim scholaris studiosus.

2.° Panormi est admissus, et ante quindecim annos, ut diximus; et omnibus, ut putamus, experimentis in nouitiatu suo probatus.

3.° Multum in uirtutibus profecisse uidetur ex quo ingressus est; nam gratia quaedam singularis illum uehementer commendat et apud domesticos et apud externos, quos in amorem Societatis conciliat et allicit; hoc autem uirtutibus nullis aut fictis assequi non posset. In uocatione autem sua, quod ad me attinet, et ad alios quos potui consulere, nunquam uacillauit.

4.° Quod ad studia attinet, omni felici progressu, quae in Societate praeleguntur, assequutus est, usque adeo ut Romae cursum philosophiae magna cum laude praelegerit, et Neapoli per biennium theologiam scholasticam docuerit. Postea uero bonam partem temporis Patribus legendis impendit, et omnia, quae ad studia attinent, feliciter est consequutus.

5.° De tertio uero anno probationis iuxta constitutiones

[b] *In marg.* 4 vot.

praescripto, quoniam in more non erat, dubius sum an illum praestiterit; nec enim hoc exigere a nostris consuetum erat, et Romae erat exigendus, ubi ipse studia sua absoluerat; certus tamen sum illum non tantum unum annum in praefectura studiorum et in casibus conscientiae legendis, etiam in summo templo, et in concionibus habendis, et in aliis instituti nostri ministeriis exercitatum fuisse, atque hac ratione annum illum probationis compensasse.

6.° Quod attinet ad literas humaniores, ab illis non abhorret; nam prosa oratione eleganter scribit, et uersus interdum fundit. Philosophiam uero per integrum trium annorum curriculum et didicit, et Romae docuit, et theologiam per biennium Neapoli explicauit, et casus conscientiae ad tempus professus est, et in unaquaque harum disciplinarum magna cum laude est uersatus, quia de ingenio ualet, et acerrime disputat, et moribus suauissimis est exornatus.

7.° Ex his elici potest illum in praedicatione et confessionis ministerio magna cum gratia et animarum salute uersatum, etsi uero in missionem aliquam non sit destinatus, id factum est, quod aliis grauioribus Societatis ministeriis praepeditus fuerit.

8.° Praeter prouinciam docendi et praefecturam studiorum nostrorum, nullam etiam praefecturam habuit, nisi quod fere per annum collegium nolanum nomine uicerectoris rexerit. Nunc uero, quoniam magna cum dexteritate prouinciam illam administrabat, Patris generalis iudicio iam rectoris nomine eam administrat.

9.° Nullas, quod audiam, nouas aut peregrinas opiniones tenere solet, sed totus est ad nostri instituti formam, et orandi rationem et aliis spiritualibus exercitiis accommodatus; neque suum iudicium aliorum sententiae meliori anteponere pro sua modestia solet.

10.° Orationem frequentat, et salutem animarum zelat, atque in negotiis promouendis strenue se gerit, et multa paucis mensibus Nolae praestitit, quae alii multis annis non sunt assequuti.

11.° Aliquod regendi munus in Societate nunquam ambiuit,

immo oblata a me prouincia collegium nolanum regendi magna uirtute deprecatus est. Sacerdotium minus ambiuit. Quanquam sacrorum ordinum recipiendorum causa propter bullam Pii quinti ad trium uotorum emissionem admissus fuit, ad professionem uero quatuor uotorum, de qua est nunc sermo, nihil ille aut precatus est aut conqueritur, sed omnino se obedientiae commisit, eum quem tradiderit superior gradum uel locum indifferenter expectat.

P. Joannes Dominicus Bonaccursius [c].

Primo. De nomine constat: patria est messanensis: aetatis triginta trium annorum: ualetudine firma; atque ex his deprehendi potest quod uitae genus ante ingressum profiteretur.

2.° Ad nouitiatum ante annos tredecim admissus fuit Romae, et omnibus, ut putamus, experimentis probatus, quae a nouitiis exigi solent.

3.° Quod ad virtutes attinet, ex quo fere per quinquennium nobiscum uersatus est, nullum negotium aut molestiam nobis exhibuit. Quietus est, et in obedientia et paupertatis affectu permansit; nullumque signum uacillandi in uocatione sua edidit, sed constanter in ea se habuit.

4.° Hic ad nos uenit postquam philosophiae studia absoluerat, et rhetoricam professus fuerat, et duos annos integros theologiae Romae uacauerat. Postquam uero apud nos fuit, per tres annos integros curriculum philosophiae docuit: egregios discipulos habuit: in publicis disputationibus semper eminuit. Post absolutum philosophiae curriculum publice professus est per annum integrum diui Thomae primam partem; per triennium uero publice in templo nostro ad populum frequentem epistolas Pauli et Dauidis psalmos interpretatus est diebus tantum dominicis et festiuis; legendis uero Patribus antiquis tantum opere impendit, quantum ad ea, quae prae manibus habebat interpretanda, opus erat.

5.° Cum Pater hic semper grauibus studiis praepeditus fue-

---

c *In marg.* Diff. ad annum de 4 vot.

rit, non potuit tertium probationis annum iuxta constitutiones perficere; sed haec omnia aliis exercitiis compensari possunt. Nam et confessiones multorum audire solet, et morituris interdum operam suam egregie praestat, et magnam sui edificationem omnibus praebet.

6.° Literas humaniores mirifice coluit, estque in illis diligenter exercitatus, ita ut latine ex tempore felicissime loquatur; scribit uero magno cum candore et linguae latinae cultu: varia generum carmina feliciter pangit: de philosophia ac theologia quantum praestiterit prius explicaui; casus uero conscientiae non ignorat, quia pro ingenii sui magnitudine omnia felici negotio attingit et explicat.

7.° Praedicauit frequenter, et scripturas pro suggestu interpretatus est; valetque explicandi gratia et facilitate, qui etsi interdum a quibusdam notatus sit, quod linguae hetruscae flosculos et oratoriae artis ornamenta suis in concionibus adhiberet, ubi tamen a nobis monitus fuit, magna ex parte ab illis abstinuit, et solidiora et grauiora consectatur, quia simplex eius sermo plurimum habet candoris et proprietatis. Semel in missionem quandam destinatus fuit ad episcopatum non longe a Neapoli distantem, ubi magna cum laude et aedificatione hominum conuersatus est; nam et continuis confessionibus audiendis, et sermonibus ad populum habendis, et afflictis consolandis semper uacauit.

8.° Cum hic Pater totum uitae suae tempus in literis addiscendis et aliis tradendis insumpserit, non potuit administrationem aliquam Societatis obire. Caeterum, si coniecturis locus est dandus, cum ille prudentia polleat, et modestia et charitate praeditus sit, non dubitamus illum feliciter potuisse administrare quamuis prouinciam sibi demandatam, si temporis ratio id passa fuisset.

9.° Nouas ac peregrinas opiniones, aut alienas a nostro instituto non est sequutus; immo in his, quae spectant ad aristotelicam doctrinam de anima et eius immortalitate, grauissimis rationibus nouas opiniones grecorum et auerroistarum insectatus est, et plane diui Thomae doctrinam amplexatus, quod ex his, qui ante eum praelegerunt tam feliciter praestitit nullus.

10.° Deuotionem et orationem colit, et salutis animarum zelatorem se praebet, et rationem tractandi cum externis talem sequitur, ut ad uirtutis studia et Societatem sectandam alliciat multos.

11.° Hic sacerdos ordinatus fuit, et tria uota que Pius quintus emitti uolebat, ante sacros ordines emisit. Nullum uero munus regendi affectauit, nec de professione ad quatuor uota ullum emisit uerbum, neque nouit quicquam eorum, quae nos hic scribimus.

P. Marius de Fabritiis.

Primo. Huius nomen, patria, aetas, valetudo satis tibi, Admodum Rde. Pater, constare possunt, cum Romae agat; nam patria est aut liciensis, aut hydruntinus, aetatis triginta quatuor annorum, valetudine firma et constanti. Antequam uero Societati se adiungeret, philosophiae studiis uacabat.

2.° Ingressus est collegium neapolitanum ad nouitiatum ante annos undecim, et experimentis, quae in examine perscribuntur, probatus.

3.° Quantum profecerit in uirtutibus a suo ingressu, tu, mi Pater, iudicare potes. Hoc unum memoriae occurrit, quod cum pater eius secundum carnem sua praesentia et blandimentis paternis eum a Societate auocare conaretur, magna uirtutis constantia eum ab se abiecit, et Christum et eius obedientiam paternis promissis praetulit.

4.° Hic Patris Ludouici philosophiam profitentis discipulus fuit, et scholasticae theologiae studia per triennium absoluit, et legendis antiquis Patribus tantum opere impendit, quantum praedicationis ministerium, quod semper exercuit, exigebat.

5.° Annum tertium probationis, quia eo tempore non exigebatur, non uidetur praestitisse, nisi uaria Societatis ministeria et missiones, quibus fuit feliciter et cum bono odore nominis Societatis nostrae, exercitatus, dicantur illum annum compensasse, quae difficiliora sunt et maioris momenti.

6.° Literas humaniores per aliquot annos docuit Neapoli; casus uero conscientiae in locis, ad quae destinatus est, publice

explicauit; philosophiam uero aut theologiam scholasticam concionandi muneri affixus prestare non potuit.

7.° Multo tempore praedicationi uerbi Dei uacauit, et cum quater aut quinquies praedicationem quadragesimalem in diuersis locis impleuerit, nunquam a confessionis ministerio se abstinuit, et cum externis magna aedificatione tractauit. Missus uero fuit Caietam, Manfredoniam ac Licium, et ubique se in ministeriis Societatis exercuit, et ubicunque uersatus est, magnum sui desiderium reliquit; licienses uero eius praedicationibus excitati, etiam domum professam nobis aedificare proposuerunt.

8.° Nullam administrauit prouinciam, quia praedicatione praepeditus fuit.

9.° Nouas opiniones neque sensit, neque praedicauit, neque priuatim docuit, et libenter alienae sententiae meliori acquieuit, et propriam deseruit, ubi rationes eius assequutus est.

10.° Deuotionis et orationis cultor fuit, et in praedicatione salutis animarum zelator: et feruens uitiorum insectator, et strenuum se praestitit in superandis difficultatibus, quae illi occurrerunt, et pacem inter multos dissidentes composuit, et multos ad religiosam uitam amplectendam cohortatus est.

11.° Vt posset promoueri ad sacerdotium, tria uota emisit Pii quinti tempore. Regendi munus nullum concupiuit; ad professionem uero quatuor uotorum nunquam aspirauit, neque per se aut per alium quicquam tale procurauit, seque ipsum uoluntati superiorum semper submisit.

P. Stefanus Paez [d].

Primo. Nomen constat, sicut et patria; est enim hispanus ex oppido Morata, quod situm est non longe a complutensi academia. Aetatis est uiginti septem annorum, et ut puto, ingressus in uigesimum octauum; valetudine uero mediocri ob delicatum corporis temperamentum. Antequam Societatem ingrederetur, literis uacabat, et praeter humaniores literas curriculum philosophiae absoluerat, et baccalaurei lauream Compluti adeptus erat.

---

[d] *In marg.* Licentiatus est et expectat[ionis?].

2.° Ingressus est Compluti ante annos nouem uel circa, et omnibus experimentis nouitiatus est probatus.

3.° Candidis et suauibus moribus praeditus est; et in obedientia, et sui contemptu et instituti amore magnos progressus fecit; in vocatione uero sua semper firmus et constans est in uentus.

4.° In Societate per tres annos integros scholasticae theologiae studia magno cum fructu est persequutus Compluti vt disceret. Legit etiam Patres antiquos, quorum opera et praesidio in lectionibus theologicis frequenter utitur; juris uero canonici peritiam tantam habet, quanta sat est theologo, theologiae scientiam profitenti.

5.° Quod ad annum tertium probationis attinet, accepimus illum absolutis studiis theologicis ad annum illum probationis per superiores destinatum, et cum in eo per quatuor aut quinque menses permansisset, Romam est euocatus, ubi per quinque menses praefectus fuit studiorum in seminario, et inde Neapolim transmissus.

6.° Literas humaniores optime callet; philosophiam uero non praelegit, quia ad docendam theologiam huc transmissus fuit, ubi eam per biennium magna cum laude interpretatus est. Casus uero conscientiae etsi non explicauerit aliis, egregie tamen intelligit, et in tradendis disciplinis ualet ingenio et eruditione, et acute et modeste disputat.

7.° Confessionibus uero audiendis saepe uacat; praedicationis uero munus, etsi hactenus non exercuerit ob linguae italicae ignorationem, speramus tamen futurum, ut aliquando uerbum Dei populo proponat. Raro enim contingere solet ut qui facultatem et gratiam habet tradendi disciplinas, non etiam idcirco ad praedicationem sit aptus.

8.° Administrationem aliquam Societatis nullam obiuit, nisi administrationem uocare uelimus praefecturam studiorum in seminario romano, et munus docendi theologiam, quod hic per biennium habuit; lucent uero in eo prudentia, modestia et charitas, ita ut externis et internis amabilis sit.

9.° In docendo nullas sequitur peregrinas sententias, sed

communes et ecclesiae romanae conformes, et a nostro instituto procedendi non alienas.

10.° Est certe deuotus et bonus Pater, quietus, et orationi deditus, et animarum salutis zelator; proque ea ac Dei gloria labores et incommoda sustinere paratus. Nam et aliquando indicam peregrinationem exoptauit et postulauit; sed quantum animo ualet, tantum corpore parum firmo ab ea impeditur.

11.° Regendi munus non ambiuit, nec ad professionem hanc uel illam faciendam ullum animi sui signum indicauit; sacerdotium uero superiorum suorum iudicio adeptus est; estque prorsus mitis et blandus, et ad omnia Societatis ministeria paratus et indifferens.

P. Petrus Pareggia [e] [2].

Primo. Hispanus, patria baënensis, aetatis quadraginta annorum, qui ante ingressum in Societatem curabat regia quaedam ministeria sibi commissa. Non admodum firmae ualetudinis, sed mediocris propter asthma, cui interdum subiectus est.

2.° Admissus est Messanae ad nouitiatum, ubi mansit per annum cum dimidio; et hoc ante quindecim annos, ubi experimentis omnibus probatus fuit.

3.° De profectu uirtutum nihil possumus loqui, nisi ex eo tempore, quo nobis cognitus est, in quo certe humilitatem, et obedientiam et amorem instituti cognouimus, nec uacilationem aliquam in uocatione per nos aut per alios deprehendere potuimus.

---

[e] *In marg.* De missione Mexicum.

---

[2] P. Pareja, non Petrus, sed Joannes nominatur, tum a seipso, tum ab iis, qui ejusdem in nostris annalibus meminere. In catalogo equidem romano, cui titulus *Vota simplicia*, haec ab eodem Pareja scripta habentur: «Joannes de Pareja. Emisi primo publice (privatim enim mecum, multo ante) Messanae sub P. Hieronymo Doménech anno 1561 die Resurrectionis. Deinde saepius renovavi; ultimo vero Sassarae sub P. D. Victoria, pridie idus Januar. 1567.» Ubi notandum est illud «publice» esse intelligendum de votis nuncupatis in sacro apud domesticos, non vero apud externos prouti in ultimis votis fieri assolet. Vide *Epist. P. Nadal*, III, 654; et ASTRAIN, II, 549.

4.° Quod attinet ad studia, uacauit Messanae per sexquiannum humanioribus literis et rhetoricae. Romae uero tribus annis curriculum philosophiae, et post aliquot annos, quos missionibus uariis ex obedientia compleuit, iterum per triennium Romae theologiae uacauit, et simul casibus conscientiae et lectioni Patrum antiquorum pro ratione studiorum suorum uacauit.

5.° De tertio anno probationis, nihil aliud habeo compertum, nisi quod ad diuersa loca missus ex urbe praedicationis gratia illum non compleuit, nec ut compleret admonitus fuit per superiores.

6.° Professus est Messanae humaniores literas per annum, et philosophiam ad tempus docuit Sardiniae, et Laureti casus conscientiae explicauit per quatuor aut quinque menses.

7.° In uaria loca hic Pater missus est ad praedicandum. Nam Sardiniae tres quadragesimas absoluit, et alteram Vianni prope Romam, alteram Maceratae, et Bisignani totam quadragesimam, et per aliquot alios menses praedicationi incubuit et confessiones audiuit. Postremo, anno praeterito Cotroni integram quadragesimam praedicauit, et tum ibi tum alibi casus conscientiae explicauit, et confessiones multorum non obstante praedicatione, qua erat praepeditus, audiuit, et tempore quo cum turca conflictatum est, unus fuit ex nostris, qui cum Patre Rodriguez ad triremes missus fuit, et ut a multis, qui in bello interfuerunt, audiui, ualde mihi commendatus est. Missus est etiam Praeneste, Bisignanum, Sardiniam et ad alia loca, in quibus sine reprehensione uixit.

8.° Fuit minister in plerisque collegiis, ut Messanae, et Callari, per biennium, et Fraschati; ad tempus etiam vicerector Callari, et aliquando in collegio germanico praefectus fuit ad confessiones audiendas. Valet enim prudentia, et modestia et charitate; et negotia perplexa et magni momenti Cotroni tractauit, et aliis in locis, et dextere absoluit.

9.° Nullas, quod sciam, sequitur nouas opiniones, aut a nostro instituto dissentientes, quia communem diui Thomae sententiam et doctrinam profitetur.

10.° Deuotioni et orationi libenter uacat, et zelum anima-

rum habet, quia saepe ad triremes libenter accedere solet, ut eos uel praedicatione uel confessione consoletur, et ad eos qui infirmantur inuisendos ex primis esse solet.

11.° Regendi munus, praeter id, quod iam diximus, non habuit, sed ante octo annos Sardiniae promotus fuit ad sacerdotium; ad professionem uero magis hanc quam illam nullam edidit significationem, sed paratus est et indifferens ad omnia.

P. Paulus Carrozza [f].

Primo. Natione tarantinus, annorum quadraginta quatuor, sanitatis firmae et bonae.

2.° Ante decem et octo annos ad nouitiatum admissus est Neapoli, et experimentis necessariis probatus.

3.° In uirtutibus a suo ingressu progressum fecit, neque in instituti sui uocatione uacillauit.

4.° Hic a principio studiis literarum applicatus fuit; sed eorum tedio affectus, impense rogauit, ut manere posset in numero coadiutorum temporalium, quibus ministeriis addictus fuit per septem aut octo annos, et in coadiutorem temporalem formatum cooptatus est, et ita Tridentum uenit mecum, et mihi et Patri generali eo tempore ministrauit. Post reditum uero opera et praecibus superiorum rogatus est, ut literas humaniores addisceret, ut creari posset sacerdos; ille uero, magis obedientia quam propria uoluntatis propensione, laborem studiorum subiuit, et ubi mediocrem earum literarum cognitionem habuisset, et casus concientiae nouisset, creatus est sacerdos.

5.° Itaque philosophiam aut theologiam aut alia maiora studia non attigit, neque tertium probationis annum opus fuit illum praestare.

6.° et 7.° Ex his patet quid sit dicendum ad sextum et ad septimum. Nam praedicandi donum non habet, neque superiores scientias didicit. Confessionibus tantum audiendis aptus esse uidetur. Valet enim prudentia et modestia.

8.° Nullam administrationem Societatis obiuit, etsi interdum officium ministri habuerit.

[f] *In marg.* Formetur coadiutor spiritualis.

9.° Quod attinet ad peregrinas opiniones, nunquam tantum scientiae sibi comparauit, ut eas tenere possit.

10.° Deuotionem tamen et orationem, et salutis animarum zelum pro sua ratione coluit, et in negotiis promouendis prudentia et desteritate ualet.

11.° Aliquod regendi munus minime affectauit, neque ad sacerdotium sua sponte accessit, sed maiorum iudicio et imperio; et ad omnis Societatis gradum satis indifferens est.

P. Siluius Riccardius [g].

Primo. Melfitanus est, quod ad patriam attinet; aetatis uiginti septem annorum, et sanitatis mediocris ob debile temperamentum.

2.° Neapoli ad nouitiatum acceptus est ante nouem annos, et experimentis omnibus probatus.

3.° In virtutibus haud mediocrem profectum fecit, et in uocatione sua constans extitit.

4.° et 5.° Hic nulla studia philosophiae aut theologiae consequutus est. Per aliquot annos didicit humaniores literas, quas postea aliis tradidit, ut iam per plus quam triennium et Nolae et Neapoli primam classem humaniorum literarum cum laude rexerit.

6.° et 7.° Casus conscientiae didicit, et confessionibus audiendis, cum potest, uacat; et mediocre talentum quod habet praedicationibus ad rusticos in uillis, et ad religiosas in monasteriis, et in hospitalibus ad infirmos exercere solet.

8.° Nullam administrationem Societatis obiuit, praeter lectoris humaniorum literarum officium. Praestat enim ingenio et iudicio.

9.° Nullas proinde nouas opiniones consectatus est, neque proprii iudicii fuit amator.

10.° Deuotionem tamen et orationem coluit, et pro ratione sua zelum salutis animarum habet, et scholaribus suis exemplo praeluxit, quos singulari ratione ad pietatem amplectendam allicere solet.

g *In marg.* Coadiutor formatus spiritualis.

11.° Munus aliquod regendi affectauit nunquam, neque ad literarum altiora studia aspirauit. Immo cum opera superiorum studium philosophiae et theologiae ei proponeretur, detrectauit et orauit, ut in inferiori gradu remaneret; nimirum ad tradendas literas humanas et docendos pueros; estque satis indifferens, et paratus ad omnia.

P. Petrus Paulus Blosius [h].

Primo. Patria perusinus, aetatis uiginti octo annorum, et satis firmae et constantis ualetudinis.

2.° Ad nouitiatum Romae est admissus ante annos decem, et omnibus experimentis probatus; et post biennium ab ingressu vota simplicia emisit.

3.° Profecit in virtutibus, quae ad religiosum decent.

4.° et 5.° 6.° Hic in uariis collegiis uersatus est. Nam et Romae, et Nolae, et Terami et Catanzari fuit; humanioresque literas aut professus est, aut eorum, qui illas praelegebant, praefectus fuit; nihilque illi commune fuit cum studiis altioribus philosophiae aut theologiae, aut cum casibus conscientiae aliis tradendis, neque cum tertio anno probationis.

7.° et 8.° Ex quo tamen sacerdos est factus, confessionibus audiendis uacauit, et casus conscientiae didicit, et ad praedicandum in uillis et oppidis paruis propensum se indicauit, atque ea de causa, dissoluto collegio teramensi, Catanzarum missus fuit, quanquam postea rectoris sui consilio et sua opera, post aliquot menses praedicationi impensos, ad scholam grammatices regendam se conuerterit.

9.° Nullam administrationem habuit, neque nouas doctrinas inuexit, quia magnos in literis progressus non fecit.

10.° et 11.° Deuotionis et orationis tamen cultor fuit, et zelator animarum, neque aliquod regendi munus aut professionem altiorem studiorum affectauit, sed paratus esse uidetur, et indifferens ad omnia.

---

[h] *In marg.* Coadiutor spiritualis.

P. Laurentius Magnati [1].

Primo. Neapolitanus est, annorum triginta, valetudinis firmae et constantis. Antequam Societati se adiungeret, uacauit juri pontificio per quatuor annos, et sacerdos extra Societatem creatus est.

2.° Ad nouitiatum Neapoli receptus ante quatuor annos, ut dixi, et post biennium uota simplicia professus est, et omnibus experimentis in nouitiatu probatus.

3.° Non uulgarem progressum uidetur fecisse in uirtutibus ex quo ingressus est, et in amore instituti constantem se praebuit, et nunquam uacillauit, quod attinet ad uocationem.

4.° Hic nulla studia scholasticae theologiae sectatus est; tantum juris canonici et ciuilis per quadriennium plusquam mediocri progressu professus est.

5.° Cum uero hic Pater, studiis suis absolutis, ingressus sit Societatem, non est ab eo exactus tertius annus probationis, sed in probatione sua, quam per biennium perfecit, absorberi censendus est.

6.° Literas humaniores possidet, etsi non legerit in nostris collegiis. Casus uero conscientiae, quia ualet ingenio et prudentia, non ignorat, sed in eis exercitatus est ex quo ingressus est Societatem.

7.° et 8.° Vacat hic Pater confessionibus frequenter audiendis. Praedicat etiam in monasteriis et hospitalibus non sine mediocri gratia et aedificatione; ad missiones uero hactenus destinatus non fuit, neque administrationem aliquam in Societate ambiuit, etsi prudentia atque charitate polleat.

9.° Nullas hic peregrinas sententias sectari solet.

10.° Deuotus est, et orationem colit, et salutem animarum zelat.

11.° Regendi munus nullum habuit, nisi quod fere per annum minister fuit in collegio nolano; dignitatem uero aliquam non ambiuit, nec ad ulla altiora literarum studia aspirauit, etiam-

---

[1] *In marg.* Differatur.

si pro aetate sua aptus esse posset ad curriculum artium et theologiae audiendum.

P. Petrus Pitarella [j].

Primo. Patria catanzarinus, aetatis quinquaginta nouem annorum, et extra Societatem sacerdos.

2.° Ad nouitiatum ante annos duodecim Catanzarii admissus, et post biennium ad uota simplicia. Hic bonus senex nostros iuuit, authoritate sua; et aetate bonoque suo exemplo multos aedificauit, et in confessionibus adiumentum praestitit, et in temporalibus illius collegii operam impendit. Studia uero maiora non habuit, neque aliam administrationem; et in his, et quae huiusmodi sunt, ministeriis, Societati nostrae adiuuandae atque amplificandae aetatem suam per duodecim annos hactenus consecrauit.

Hi sunt quos Tuae P.tati describendos curaui, ut pro tuo singulari iudicio nomines quos uelis ad quemcunque gradum Societatis magis aptos iudicaueris. Neque mirum esse debet si tam pauci a me sint descripti, quia praeter paucissimos professos quatuor uotorum, habet haec prouincia uiginti sex sacerdotes ad trium uotorum professionem admissos, quos partim bonae memoriae Pater Laynez et P. Franciscus Borgia euehendos curarunt, partim uero bulla Pii quinti, quae nobis interdixit ad sacros ordines promoueri quenquam nisi professione praemissa, in causa fuit, ut multi hic inueniantur ad trium uotorum professionem admissi, ut possent sacris ordinibus initiari. Sunt praeterea sex alii sacerdotes, qui ante annum curriculum theologiae compleuerunt; sed qui et aetate sunt iuniores, et illis tertium annum probationis iuxta constitutiones obseruandum tradere uolumus, nullam eorum hoc loco mentionem fecimus, quia necdum mihi maturi uisi sint, qui T. P.tati proponerentur; suo tamen tempore ubi ematuruerint proponi poterunt. Quod si P.tati T. uisum fuerit, ut nonnullos in coadiutores temporales formatos nominemus, ut, eorum antiquitate et meritis cognitis, discernere ualeas, an ad

j *In marg.* Coadiutor spiritualis.

talem gradum si[n]t cooptandi, abs te admoniti facile praestabimus.

Neapoli 20.ma die Augusti 1575.

ALFONSUS SALMERON.

463

CARD. ANTONIO CARAFFAE

NEAPOLI 27 AUGUSTI 1575 [1].

Gratiam bullae cruciatae ad usum ovorum et lacticiniorum proregi ejusque familiae concedi poscit.

†

Illmo. e Rmo. signore.

Trouandomi questi giorni con l' Illmo. vicerè di Napoli, marchese di Mondejar [2], et interrogato da esso se le bolle della cruciata di Spagna ualessino in Napoli a quelli, che l' hauessino prese in Spagna, io risposi, che uista la forma delle bolle, gli darei la risposta; e leggendo detta bolla, trouai che si ben s' estende alle Indie et alle isole di Sardegna et Sicilia, non però si stendeua al regno di Napoli, il qual non è espresso come sono li altri reami. La causa di questa interrogatione era, che per uirtù di quelle bolle può mangiar caso, oua e latticinia li dì di quadragesima e di uigilia: et essendo lui con li suoi signori figli poco mangiator di pesce, perchè in parte li offende, l' auisar che non saria che bene scriuere una parola a qualch' vno di suoi in Roma, acciò parlassi a S. S.tà fusse contenta di concedere a Sua Ecc.tia et alla signora viceregina e suoi figliuoli tutti gratia e licentia di poter mangiar oua e latticinia in detti giorni di quadragesima e di uigilia: perchè non dubitaua in punto alcuno che S. S.tà non glielo denegaria; o uero se più fussi contento, ch' io scriueria a V. Sria. Illma., acciò in nome suo facesse questo vffitio con S. S.tà, dil che si contentò. E cosi per la presente la supplico con ogni instanza a uoler prender questo assunto, e accapare

[1] Ex archetypo, Romae, in Bibliotheca Barberiniana, cod. LXI, 37, duplici fol. 170, 171, prius 410, 411.

[2] Prorex neapolitanus erat Eneco López Hurtado de Mendoza. Vide epist. 444, annot. 7.

questa gratia da S. S.tà per questo buon signor: la cui persona, moglie et figli dánno vn grande essempio di santimonia, e di giustitia, e di ogni cosa buona a questa città di Napoli, come per lettere del Sr. Vincenzo, suo fratello [3], hauerà potuto intendere. E potendo io anteporre a Sua Ecc.tia alcun' altra persona per domandar questa gratia a S. S.tà, volsi peculiarmente nominare a V. Sria. Illma., perchè prendesse per questa uia occasione di conoscere questo principe, poichè è tanto uirtuoso et giusto, e tutti hanno bisogno di esso. Et se in questo hauessi fatto error' alcuno, V. Sria. Illma. lo imputarà alla gran uolontà et amore ch' io nel Signore gli porto. Come V. Sria. Illma. hauerà negotiato et impetrato detta gratia, potrà, essendo seruita, fare vn uiuae uocis oraculo, che faccia fede in foro conscientiae, et se gli parerà ancora scriuere a detto vicerè, potrà con questa occasione farlo, e mandarlo, tanto la lettera, quanto il viuae uocis oraculo indrizzato a me, acciò glielo renda, et rendendogli, a bocca possa tornar a renouar la memoria di Sua Ecc.tia della persona e qualità di V. Sria. Illma., la qual nostro Signore conserui et augmenti nelli suoi santissimi doni.

Di Napoli a 27 d' Agosto 1575.

Di V. Sria. Illma. et Rma. humilimo seruo suo in Christo,

ALFONSO SALMERON.

Inscriptio. All' Illmo. e Rmo. signore il cardinal Carrafa, signor mio in Christo osser.mo

Manet sigillum integrum.

---

[3] De Vincentio Caraffa vide epist. 287, annot. 3.

464

PATRI ANTONIO POSSEVINO

NEAPOLI 2 SEPTEMBRIS 1575 [1].

Responsa quaesitis provinciae neapolitanae data cum catalogo defunctorum et Hosii epistola se recepisse.—Hosio autem nil respondendum censet.—Negotium a P. Blanca commendatum, an feliciter promoveri valeat, se exploraturum.

✝
Ihus.

Muy Rdo. en Christo Padre.

Pax Christi etc.

E reçebido las respuestas que se dieron á esta prouinçia de Nápoles, que se hiçieron en la congregación general [2], con promisión de enviar [a] las que fueron hechas á las otras prouinçias: tanbién con esto un catálogo de los muertos en diuersas partes de la Compañía, requiescant in pace [b], i una carta del Illmo. cardenal uarmiense [c], á la qual por agora no tengo qué responder, porque uoluntad de seruillo no falta, pero dineros faltan, que no ay un real [3]. Tanbién e uisto el negocio del P. Pietro Blanca, y io me informaré [d] bien si el virey gustará de scriuir á S. M. sobre este negocio, porque si supiere que gustará, lo tentaré de haçer; y si no, no pareçe conueniente demandar cosa, á la qual sepa que [e] a de deçir de no: ni creo quel P. Blanca querrá que en tal caso yo pida esta gracia. La informaçión yo la tomaré de un hijo suio, que es el más benéuolo de todos á la Compañía, que es el señor don Francisco. Y con tanto hago fin, encomendándome humilmente en sus santas oraçiones y sacrifiçios.

De Nápoles 2 de Setiembre 1575.

De V. R. sieruo en Christo,

ALFONSO SALMERÓN.

---

[a] dembiar *ms.* — [b] *Haec 3 verba addita sunt ab eodem librario in marg.* — [c] uermiense *ms.* — [d] minformarè *ms.* — [e] che *ms.*

---

[1] Ex archetypo, in codice *Epist. Salmer.*, 2 fol., n. 220, prius 96.

[2] Vide epist. 423 et 423b.

[3] Haec de epistola cardinalis Hosii, Salmeroni die 22 Augusti data, intellige. Vide eam sub n. 459a.

Inscriptio. † Al molto Rdo. in Christo Padre, il P. Antonio Posseuino, secretario della Compagnia di Giesù, a Roma.

Sigilli vestigium.

465

PATRI EVERARDO MERCURIANO

NEAPOLI 3 SEPTEMBRIS 1575 [1].

De negotio Patrum carmelitanorum.—De nepote marchionis sanctae Crucis.—Itinera aliquorum differenda donec calores pluvia temperentur.—Regiminis et negotiorum laboribus liberari cupit.

†

Molto Rdo. in Christo Padre nostro.

Pax Christi, etc.

Questa settimana non tengo littera alcuna alla quale habbia de dar risposta; della settimana passata ho dilatato la risposta della littera scrittami per conto del lamento di quelli Padri carmelitani, sopra del qual negotio saperà la P. V. che 'l procurator loro uenne a parlarmi; e dicendogli io che parlassi al Rmo. nuntio di S. S.tà, perchè lui hauea fatto questa tassa con autorità di S. S.tà, lui mi uoltò le spalle, e se n' andò per la scala giù, dicendo che non uoleua andar al nuntio: il qual essendo stato parlato da me, si è risoluto di scriuere alla P. V. per dargli intiero raguaglio, come esso per ordine et autorità apostolica ha fatto queste tasse con le religioni senza interuento di nissuno di noi che cercassi di dar manco di quel che esso uoleua; e anima uiua di questa casa in questa cosa non s' è intrigata. Esso che teneua l' autorità, discussa la materia, e le ragioni pro et contra, determinò quanto si douea rendere a ciascheduno, e si accordò con loro per questo nostro triennio. Questa littera del nuntio la potrà mostrar, parendogli, al detto Padre carmelitano, che fa residenza in Roma, e con quella si potrà difendere.

Al marchese di Santa Croce si è fatto intendere quello che la P. V. ha scritto circa dil suo nipote, e si tratterrà qua finchè sarà tempo opportuno.

[1] Ex archetypo, in codice *Epist. Salmer.*, 2 fol., n. 221, prius 97. Respondent hae litterae epistolis 457a et 457b. In margine notavit secretarius Patris generalis puncta, quae a Salmerone in hac epistola attinguntur.

La cosa del collegio di Cagliari non ha bisognato raccomandarla più al signor don Giouan di Austria, perchè la naue che portò quella lettera in Sardegna, è già ritornata in Napoli; e quel figliuolo del vicerè de Sardegna credo si sia partito.

Qua ancora non ha piouuto; e però non è sicuro il far uiaggi, nè per il P. Bobadilla, nè per il P. Giovanni inglese [2], nè per il fratello Francesco Briones, il qual mi par che sia escluso dal signor don Giovanni d' Austria per hauer quelle lettere sue, per accapar da S. S.tà quella vnion di benefitii per Segouia [3].

La gratia che ricercai dalla P. V., ancorachè me la uada trattenendo, spero però nella bontà d' Iddio et nell' amor che la P. V. mi porta, d' accaparla vn giorno [4]. Perchè concorrono tante raggioni in fauorir il mio proposito, ch' ancorachè V. P. si sia attaccata ad vna, che io rappresentai, la qual non sia tanto salda; però tutte insieme hanno gran peso e forza.

Di Roma mi sono mandati cinque o sei negotii questa settimana, et altri che haueuo inanzi con tante altre de di qua, che si spauentaria: realmente bastano et auanzano per me a non tenere altre occupationi. Però la P. V. lo mirarà, come spero, con maggior attentione, et mi libertarà vn giorno di tanti pesi.

E questo è quello che per hora occorre dar auiso a V. P., la qual si degnarà mandare la sua benedittione per me e per tutti questi suoi figliuoli di questa prouintia.

Di Napoli a 3 di 7.bre 1575.

Di V. R. P. seruo in Christo et figluolo,

ALFONSO SALMERON.

Inscriptio. † Al molto Rdo. in Christo Padre nostro, il P. Euerardo Mercuriano, preposito generale della Compagnia di Giesù, etc. a Roma.

Sigilli vestigium.

---

[2] Joannes Vicaeus, de quo vide epistolas superiores.

[3] Vide epist. 457.

[4] Haec gratia, ni fallimur, erat ut eum officio provincialis liberaret. Vide epist. 448, 458 et 458a.

465 ª

P. EVERARDUS MERCURIANUS
PATRI ALPHONSO SALMERONI
ROMA 10 SEPTEMBRIS 1575 [1].

Cardinalis Hosius gratum se erga Salmeronem ob officia sibi praestita exhibet.—P. Bobadilla recte suum iter procrastinat.—Salmeronis desideriis morem gerere paratum se profitetur.—Dominicus Bonito Societati nomen dare exoptat: ejus examen Salmeroni committitur.—PP. Marius Morsellus et Benedictus Sardus ad solemnem professionem promoveri possunt.

P. Salmerone. – Con questa risponderò alle due di V. R. alla mia, et a quella del P. Possevino, il quale per essere alquanto indisposto, non può essercitare per questa 7.na il suo uffitio [2]. L' Illmo. varmiense ha mandato il suo segretario a ringratiarmi dell' uffitio che V. R. ha fatto per S. Sria. Illma., del che ne resta molto consolato et ubligato a V. R. [3]; è ben uero che mostra marauigliarsi di non hauere risposta da monsignor nuncio et dal signor presidente della camera.

Il P. Bobadilla fa sauiamente a non partirsi di Napoli sino a tanto che non pioua, et per questo rispetto medesimo si differisse la uenuta del rettore per cotesto collegio. Restiamo anco consolati del buon' uffitio fatto con quei Padri carmelitani, et si ringratiarà monsignor nuncio del buon' uffitio fatto.

Quanto poi a quello che V. R. scriue nell' ultima sua che un giorno disidera essere consolato, V. R. si renda certa che il nostro disiderio sempre è stato di consolare la R. V. in tutto quel che potrò et saprò; et in questo V. R. mi può commandare.

Di Airola ª si sono riceuute lettere dal P. Suriano et dal signor Domenico Bonito, il quale fa molta instanza per essere admesso alla Compagnia. Mi è parso rispondere al P. Suriano che lo lasci uenire a Napoli, doue V. R. uedrà se il soggetto è tale quale descriue il P. Suriano; et trouandosi atto per la Compagnia, et non trouandosi impedimento alcuno, V. R. lo potrà admettere in Napoli; et quando non si giudicasse

ª Aierola *ms*.

[1] Ex regest. *Neapol. (1573-1576)*, fol. 47r. Respondet epistolae Salmeronis die 3 Septembris Mercuriano datae.

[2] P. Antonius Lisius. Ejus ad Societatem vocationem refert SCHINOSI, loc. cit., part. I, lib. II, cap. 9.

[3] Haec epistola desideratur in nostra collectione.

[4] Archiepiscopus neapolitanus eo tempore erat Annibal de Capua (11 Augusti 1578—† 2 Septembris 1595).

[5] Prorex neapolitanus a die 11 Novembris hujus anni erat Joannes de Zúñiga, filius Joannis de Zúñiga et Stephaniae de Requesens. Antequam prorex neapolitanus nominaretur, Romae pluribus annis fuit legatus regis Hispaniae apud summos pontifices S. Pium V et Gregorium XIII. De eo cf. RANKO-FERNÁNDEZ DE NAVARRETE, *Libro donde se trata de los vireyes lugartenientes del reyno de Nápoles*, apud SALVÁ, *Colección de documentos inéditos para la historia de España*, XXIII, 245-250; GACHARD, *Correspondence de Philippe II*, I, *Rapport*; et HERRERA, *Historia general*, part. III, lib. II, cap. ult., etc.

reuolezza antica uerso di noi, et adesso maggior che mai, V. R. è ben informata, spero che le nostre cose di costì, et conseguentemente il seruizio diuino farà ogni dì notabel progresso.

Noi qui per grazia della diuina bontà habbiamo finito la congregazione; et benchè con qualche nostro trauaglio, per la moltitudine de negotii che seco apporta, pure mi pare che nostro Signor ne l' habbia assai ben pagato con altre tanta consolatione a ueder la pace et unione e allegrezza che Dio N. S. notabilmente s' è degnato darci a tutti.

Et perchè la congregazione di costà per commune consenso con molta instanza ci dimandaua un visitatore, et a noi anco è parso doueua esser seruito nostro Signore, sì per uniuersale consolatione de tutti, come anco acciò che hauendo con questo mezzo più particolare informatione delle cose, possiamo far la prouisione che si pretende per la prouincia, ci è parso far elettione del P. Carlo Reggio [6] con questa occasione del suo ritorno per Sicilia.

Spero nel Signore che con la uirtù et prudenza, et buone parti sue, et molto più con la grazia diuina, habbia a sodisfare a tutti, et correspondere alla aspettatione che di lui habbiamo. Ma pure desiderò che V. R. ancora per la parte sua procuri di aiutarlo in ciò, dandogli quelli indrizzi et consegli che giudicarà in Domino.

Sì che con questo finirò, pregando nostro Signore dia a V. R. per maggior sua gloria sanità et ogni contentezza.

Di Roma alli 19 Nouembre 1579.

516

PATRI EVERARDO MERCURIANO

NEAPOLI ANTE 27 MAJI 1580 [1].

De sua valetudine.

---

[6] Vide epist. 421[a], annot. 2.

[1] Ex epistola sequenti.

516 ª

P. EVERARDUS MERCURIANUS
PATRI ALPHONSO SALMERONI
ROMA 27 MAJI 1580 [1].

De recuperata a Salmerone valetudine laetatur.—P. Bobadilla tuendae valetudinis gratia Perusium discedit.—Eadem de causa Mercurianus Tybur se confert.

P. Salmerone.—Con l' auiso et buona nuoua, che V. R. mi dà del suo ben star [2] ho riceuuto la solita consolatione, che ordinariamente mi sogliono apportar simil sue lettere, et con la confidanza che ho che nostro Signore haurà, come ne ho pregato sua divina maestà, reso a V. R. le buone feste, che a me nella sua mi manda, resto tanto maggiormente consolato.

Il P. Bobadiglia alcuni giorno sono se ne andò uerso Perugia in fretta per fuggir le indispositioni che qui spesso la assaliuano: ma, come porta seco la uecchiaia, che è cagione principal di quelle indispositioni, intendiamo che in detto collegio gli è di nuouo tornata la febre. Confidiamo che come ha superato delle altre maggiori, manderà ancor questa fuora di casa sua.

Io mi sono ritirato questi dì a Tiuoli per dar qualche riposo alla stanchezza ordinaria delle nostre fatiche; ma prouo che mi dan la cacica et seguitano douonque mi uada. Piaccia alla diuina bontà darci a tutti quel uero riposo, che per suoi eletti serba [a] nei cielo. Et se alcuna

[a] serbe *ms.*

[1] Ex regest. *Neapol. (1576-1583)*, fol. 54v. Alteram de eodem argumento recuperatae valetudinis epistolam Mercuriani ad Salmeronem die 24 Decembris 1579 datam habemus. In gravem morbum inciderat Salmeron eo tempore, ita ut pene desperata esset ejus vita; sed placuit divinae bonitati eum ab imminenti illo vitae discrimine liberare. Hac occasione, praeter Mercuriani litteras, alteras a cardinali Antonio Caraffa accepit, quas affert BORRO, loc. cit., pagg. 147-148. In illis praeter alia haec habentur: «E con questa occasione torno a ricordare quello che tante volte le ho detto; che gli studi sieno temperati, nè vi ci voglia porre la vita innanzi al debito termine; perchè con la vita potrà perfezionare le fatiche degli anni passati. e farne delle altre per maggior servigio del bene comune e per la gloria di Dio. Ho inteso che V. R. siasi posta scrivere sopra le Epistole di S. Paolo; cosa che mi è molto piaciuta, e a cui io altre volte l' aveva già esortata: imperciocchè io non veggo in altri scrittori quello che V. R. può dare con frutto con la sua erudizione e dottrina intorno al vero senso di quelle Epistole.»

[2] Haec epistola Salmeronis periisse videtur.

cosa potrò fare in solleuamento delle ordinarie fatiche di V. R., me le offerisco, raccomandandomi etc.

Roma 27 di Maggio 1580.

517

PATRI OLIVERIO MANAREO

NEAPOLI 24 DECEMBRIS 1580 [1].

Ab adeunda congregatione generali se excusari enixe rogat.

†
Ihs.

Molto Rdo. en Xpo. Padre mio.

Pax Christi.

Ho visto quanto V. R. mi scriue nella sua amoreuole lettera con l' auiso delli Padri già venuti di Spagna, et quelli altri che s' aspettano di giorno in giorno. Quanto a quello che tocca a me, credami V. R. che, se io stessi così sano come conveneria, non harei bisogno [a] di esser ammonito et exhortato a uolermi truouar in questa congregacion general [2] che si a da fare; ma ricordandomi como questo anno sono cascato due volte in questo tanto terribile catarro, che sono stato giudicato per ispedito et dentro et fuori di casa, mi ha fatto et fa pensare, che non uoglia tentare il Signore, et mettermi alli freddi venti, et tramontane, et male hosterie in el mezzo core del inuerno, maxime importando tanto poco vn voto più o meno.

Io non sono, nè provincial, nè definitore fatto di questa prouincia, et le constitutioni fanno exempti alli valetudinarii, et in specie fanno exempti alli primi Padri, che vadano o non vadano, et mi ricordo che nella electione general passata, il P. Mtro. Simon Rodorico, portughese, non fu presente, nè manco per alguna lettera di Roma fu inuitato a venire alla congregatione gene-

[a] bignoso *ms.*

[1] Ex autographo, in codice *Epist. Salmer.*, 2 fol., n. 253, prius 52, antiquitus 93. Respondet epistolae P. Manarei, quam infra damus. Edita est a BORRO, loc., cit., pagg. 152-154.

[2] Everardo Mercuriano sub mediam noctem, quae diem primam Augusti hujus anni consecuta est, vita functo, P. Oliverius Manareus vicarius generalis die 5 ejusdem mensis creatus est, qui comitia generalia ad praepositum generalem eligendum in diem 6 Februarii anni sequentis indixit.

ral; mi pare che io potria participare di simile fauore. Il dire che posso venire in lectica, non so quanto sia conueniente di introdure nella Compagnia questa usanza, nè manco credo mi bastaria a saluare delli venti et delli freddi grandi che corrono; però molto me marauiglo che V. R. insista tanto in questo negocio, sapendo che è mettermi in vn pericolo manifesto. Et si non hauessi certa experiencia, saria indegno di perdono; ma V. R. adverta che si, chiuso in camera con alguna commodità, apena posso viuere, como è verisimile, esposto alli crudi venti et pioggie, resistere in questo tempo? Per tanto la voglio stretissimamente, quanto so et posso, pregare che mi voglia hauere vn poco di compassione, et tenerme appresso di sè et delli altri per iscusato [2]; che si non sarò presente con il corpo, lo sarò col spirito; supplicando nostro Signor dia alla Compagnia vn pastore, quale veramente a di bisogno in questi tempi trauagliosi, che sappia vnire in amore et charità tutte le pecore che militano a Christo sotto il stendardo del nome di Iesù, nel qual principalmente conserui et augmenti sua diuina maestà alla R. V.

Di Napoli a 24 di Decembre di 1580 anni.

Nostro Signor dia la buona pascha et feste alla R. [V.] con li assistenti et tutti.

Di V. R. seruo in Iesù Xpo.,

ALFONSO SALMERON.

Inscriptio. Al molto Rdo. in Christo Padre, il P. Oliuerio Manareo, vicario generale della Compagnia di Giesù, a Roma.

Sigilli vestigium.

517ª

P. OLIVERIUS MANAREUS
PATRI ALPHONSO SALMERONI
ROMA 16 DECEMBRIS 1580 [1].

Patres electores ex variis provinciis Romam se conferunt.—Salmeronem instanter rogat, ut ad generalia comitia adire velit.

P. Salmerone. – Questa sarà per salutare V. R. in Domino, come fo

[2] Vide tamen epist. 518ª, annot. 1.

[1] Ex regest. *Neapol. (1576-1583)*, fol. 62r. Recole dicta in epist. praecedenti, annot. 2.

di tutto cuore, dandole insieme auiso come per grazia del Signore, alli 2 del presente mese capitorono nel porto di Liuorno con una naue di Alicante [a] noue Padri de' nostri di Spagna, cioè il P. Hieronimo Domenech [2], qual uiene in luogo del prouincial d' Aragona [3] con due suoi compagni, P. Alfonso Romano [4] et P. Pietro Domenech [5]; et dalla prouincia d' Andalogia il P. Garcia Alarcon, prouinciale, et P. Diego d' Acosta [6], et P. Pietro Saelizes, elettori. Dalla prouincia poi di Toledo il P. Luigi di Guzman, viceprovinciale, con li P. Antonio Cordeses et P. Deza, elettori. Et gli altri Padri delle prouincie di Castiglia et Portogallo speriamo che con una altra naue, che staua di partenza, capiteranno presto in Italia.

Li sopradetti Padri sono diuisi in Pisa, et alcuni di loro saranno tra due o tre giorni qua da noi; et gli altri poi di mano in mano.

Li prouinciali et elettori delle altre prouincie oltramontane sappiamo già per lettere loro che sono quasi tutti in uiaggio, et dopo le feste buona parte di loro sarà colla divina grazia a Roma.

Con questa occasione ho preso di nuouo animo di pregare la R. V. a non uoler priuare questa congregazione generale della consolazione et l' aiuto che da sua presenza meritamente ci promettiamo.

Et se bene mi aueggo che li tempi sono incommodi, et la persona della R. V. per la grauuezza degli anni et fatiche esposta a catarri et altre indispositioni, credo che a questo incommodo si prouederebbe facilmente con una buona lettica, et l' utile che ne speriamo è appreso di noi tutti di tanto peso, che confido preualerà in lei talmente, che al cumulo di tante sue fatiche et meriti non uorrà ui manchi il compimento di questa santa incommodità.

Et così di nuouo ne prego la R. V. in nome mio et di tutti questi al-

---

[a] Licante *ms.*

---

[2] P. Hieronymus Domeneccus, erat praepositus domus professorum Valentiae.

[3] P. Antonius Ibañez. ALVAREZ, *Historia de la provincia de Aragón*, opus ms., lib. III, cap. 17.

[4] P. Alphonsus Roman, qui rectoris domus tarraconensis munus obibat. Ibid.

[5] P. Petrus Domeneccus (Doménech), barcinonensis, alius ab abbate Petro Domenecco, et a Petro Domenecco, Hieronymi supra laudati genitore.

[6] P. Didacus de Acosta erat praepositus domus hispalensis. SANTIBAÑEZ, *Historia de la provincia de Andalucia de la Compañia de Jesús*, ms., lib. II, cap. 23.

tri Padri, i quali tutti ci raccomandiamo fra tanto alle orazioni et santi sacrifici di V. R.

Di Roma il 16 di X.bre [15]80.

517 b

P. OLIVERIUS MANAREUS
PATRI ALPHONSO SALMERONI
ROMA 7 JANUARII 1581 [1].

Ab adeunda congregatione generali excusatur.—P. Jacobus Paëz Neapolim cum P. Ludovico de Guzmán se confert.

P. Salmerone.—Confesso alla R. V. che il desiderio che haueuo che questa nostra congregazione non restasse priua dalla consolazione et aiuto, che della sua presenza in essa si speraua, mi strinse nella mia ultima a farle l' instanza ch' io le feci in essa per la sua uenuta.

Ma perchè con ragione dobbiamo prefefire la sanità et conseruatione di V. R. ad ogni nostra consolazione, ci par benissimo che ella si resti, poichè del uenire in qualsiuoglia modo teme danno come ci significa: et confido che con le sue orazioni et sacrifici non mancherà di darci quel sussidio, che dalla sua paterna charità et amore che Dio N. S. le ha dato uerso la Compagnia, ci promittiamo.

Il P. Giacomo Paiz [2] uiene costà in Napoli, come credo sapprà V. R., per sodisfare a S. Ecc.za colle prediche nella quaresima: et con questa occasione potrà la R. V. adoperarlo ad ogni suo commodo in tutto que che da lui potrà uscire in seruizio et sodisfattione della R. V. et di sue fatiche, come l' istesso s' offerisce prontissimo [3].

---

[1] Ex regest. *Neapol. (1576-1583)*, fol. 63r. Respondet epistolae 517.

[2] P. Jacobus Paëz, Romae lector primarius theologiae erat, et Neapolim ad valetudinem restaurandam venit, simulque apud proregem Joannem de Zúñiga, in sacello palatii ejusdem, per totam quadragesimam magno animarum proventu concionatus est. Nec mirum proinde hominem tot laboribus defessum paucis post annis ibidem vita functum ad praemium suscipiendum evolasse. Cf. SCHINOSI. loc. cit., part. I, lib. V, cap. I.

[3] Ex his verbis evanescit dubium de nomine Patris Paëz, qui Salmeroni operam suam ad recolenda et emendanda sua commentaria contulit. Non Stephanus, prout in indice prioris voluminis, pag. 727, dubitanter scripsimus, sed Jacobus. Stephanus quidem philosophicas disciplinas Neapoli aliquot annis professus est, et postea ad Hispaniam reversus, rector collegii Caravacae hoc anno 1581 renuntiatus est. Deinde in Americam navigavit. Cf. SOMMERVOGEL, loc. cit., VI, 82.

In sua compagnia insieme uiene il P. Luigi di Guzman [4] per alcun negozio che haurà costì da trattare con S. Ecc.ma, dei quali potrà V. R. intendere le particolari nuoue delle cose nostre.

Et perciò fo fine con raccommandarmi a' suoi santi sacrificii et orazioni.

Di Roma il 7 di Genn.° 1581.

518

PATRI CLAUDIO AQUAVIVAE

NEAPOLI ANTE 20 MAJI 1581 [1].

De sua valetudine.—De palatio ad domus neapolitanae fabricam coëmendo. – Librum duci Atriae donandum poscit.

518 a

P. CLAUDIUS AQUAVIVA PATRI ALPHONSO SALMERONI

ROMA 20 MAJI 1581 [1].

Meliori Salmeronem uti valetudine gaudet.—De palatio pro fabrica domus professorum acquirendo nihil statui potest, donec peritorum judicium cognoscatur.— Librum duci Atriae [?] tradendum prius typis excudendum esse.

Napoli. P. Alfonso Salmerone.—Rendiamo gratie al Signore che della sanità di V. R. uoglia far gratia a lei et a noi insieme donandole ogni giorno qualche meglioramento a fine che restino consolati tanti figliuoli suoi. Spero che l' andata a Porto Fosso le renderà del tutto le forze.

---

[4] Provinciae toletanae vicepraepositus. Vide epist. praecedentem.

[1] Ex responsione Claudii, quam infra damus.

[1] Ex regest. *Neapol. (1576-1583)*, fol. 73r. Cum haec epistola sit prima ad P. Salmeronem a novo praeposito generali Claudio Aquaviva data, operae pretium erit de ejusdem electione ac de parte, quam in ea idem Salmeron habuit, ex BOERO, loc. cit., pagg. 154-156, annotare. «Tante furono le istanze dei Padri, che desideravano aver presente alla Congregazione un uomo di tanto merito, che col suo consiglio e con la sua autorità poteva giovare moltissimo per la conclusion degli affari gravissimi che si proporrebbero ad esaminare, che alla fine si mosse ad andare facendo il viaggio a piccole giornate ed usando i dovuti riguardi. Venne dunque a Roma accompagnato dal P. Alfonso Sgariglia provinciale di Napoli, e dai Padri Gian Nicolò de Notaris e Benedetto Sardi, eletti vocali della provincia. Il dì set-

Del negotio del palazzo [2] non dirò per hora altro, poichè di parere di questi Padri si mandò già il P. Giovanni de Rosis, et hora uiene il Padre provinciale, il quale riferirà le ragioni che qui habbiamo pro et contra. Come sia tornato il P. Giovanni, si darà l' ultima risolutione.

Il libro, che V. R. mi ricerca per il Sr. duca [3], già si è dato a uedere con disegno di farlo poi stampare. Non lo mando perchè, se si perdesse, non ne habbiamo altro, et il Sr. duca hauerà più caro di hauerlo stampato che scritto a mano; et subito che sarà finito da stampare ne manderò alcuni a V. R.; la quale priego uoglia a commune consolatione hauersi cura.

Et me le raccomando ne' suoi santi sacrificii et orazioni.

Di Roma alli 20 di Maggio 1581.

---

timo di febbraio si adunarono per la prima sessione i cinquantasette elettori. Il P. Salmerone fu deputato per assistere alla elezione, e per presentarsi col vicario Manareo e col P. Bobadiglia al Pontefice Gregorio XIII, supplicandogli in nome pur degli altri dell' apostolica benedizione. Erasi stabilito che il giorno dieci del medesimo mese fosse il primo dei quattro, che secondo le costituzioni dovevan precedere, per dare agio a ciascuno di prendere le debite informazioni sopra chi reputassero degno del grado di Generale: ma soprovvenuta una inaspettata e molesta controversia di cui ho scritto altrove nella Vita del Bobadiglia, si dovette differire fino al quindici; e finalmente la mattina dei diciannove, premesse le consuete cerimonie, fu al primo squittino nominato Generale con trentadue voti il P. Claudio Acquaviva. Contava egli allora di età trentotto anni, quattordici di religione, e cinque soli di solenne professione, settantadue ne visse, e trentaquattro di essi governando vniversalmente la Compagnia, e accoppiando in sè tutte quelle doti e prerogative di saviezza, prudenza, fortezza e soavità, che costituiscono un ottimo e vigilante superiore...

La sua elezione, preveduta da molti e predetta anche per lume celeste, riuscì graditissima a tutti, e segnatamente al P. Salmerone, che vi aveva tanto cooperato, ora col suo voto e prima col far ogni opera perchè l' Acquaviva fosse messo a dar saggio di sè nel governo dei collegi e delle provincie. Avutolo in Napoli Rettore o Provinciale, glie ne crebbe al doppio la stima e l' affetto; e da allora in poi si strinse tra loro due un' intima e scambievole comunicazione d' idee, di pensieri, e direi quasi di studi.»

[2] Vide epist. 519ᵃ, 519ᵇ, 519ᵈ, 527ᵃ, et 528ᵃ.

[3] Dux Atriae? Hic erat Joannes Hieronymus, frater nostri Claudii. Vide epist. 518ᵈ.

518 b

P. CLAUDIUS AQUAVIVA
PATRI ALPHONSO SALMERONI
ROMA 27 MAJI 1581 [1].

Gregorius XIII pontifex maximus collegium romanum munificentissime dotat.

Napoli. P. Salmerone.—Non posso lasciare di far participe ancora la R. V. della consolatione con che s' è degnato nostro Signore per sua bontà questi dì visitarci, acciò che, sì come anco ella ha portato la sua parte delle molestie passate, così uenga quanto prima a godere della commune nostra allegrezza.

Finalmente ha piaciuto a Dio benedetto, dopo tante fatiche et trauagli per ciò spesi, dopo ancora tanti disegni et aspettatiue riuscite in uano, esaudire i desiderii et preghi de suoi serui soccorrendo alle necessità del collegio romano con un abbatia assai sufficiente, cioè di sei mille scudi, et quello che anco importa, in buon luogo, nello stato della chiesa non molto discosto de Macerata [2].

Lo reputiamo in uero, come dobbiamo, particolare beneficio di Christo N. S., tanto più che quantunque s' erano da più parti fatti prima con nostro Signore diligentissimi uffici acciò che restasse a pieno capace dalli bisogni nostri, tuttauia quanto a questo particolare assegnamento fu moto proprio di S. S.tà la quale oltre di ciò anco ha dato alcuna speranza di aggionger alcun' altra prouisione, con dir che uuole che questo sia un' uniuersale seminario di tutta la Compagnia, doue si notriscano soggetti di ogni natione per fruttificare dipoi nella chiesa santa.

Non s' è mancato di mostrare la debita gratitudine uerso di tal liberalità, sì con parole et ringratiamenti, come anco con alcune mostre, come mettendo le armi sue sopra il collegio et altre simili, che V. R. per altre strade intenderà.

Ho uoluto dare questo ragguaglio a V. R. acciò che prima, come dissi, ne riceua la debita consolatione; dipoi ancora ci aiuti con le sue orazioni et in ringratiar Dio benedetto di così fatta grazia, et in pregarlo che nel rimanente seguiti di fauorirci con la medesima bontà et patrocinio suo.

Di Roma alli 27 Maggio 1581.

---

[1] Ex regest. *Neapol. (1576-1583)*, fol. 74r.
[2] Cf. BARTOLI, *Memorie istoriche*, lib. V, cap. IX.

518 c

P. CLAUDIUS AQUAVIVA
PATRI ALPHONSO SALMERONI
ROMA 22 JULII 1581 [1].

Domus aliquae, collegio romano proximae, Societati a pontifice concedunturEarum pretii partem pontifex solvere decernit.

Napoli. P. Salmerone.—So che V. R., come quella a cui ha Iddio N. S. fatta gratia di hauere così degna parte in questa sua Compagnia, sì consolerà non poco con altre buone nuoue del collegio. Finalmente nostro Signor ha passato il moto proprio della isola uicina al collegio romano, dando licenza che si pigli, et si serrino le due strade, cioè la nuoua, che risponde al muro del giardino, et l' altra uicina, che poi passa alla piazza di Sta. Marta et imbocca l' altra che ua diritto a san Marco, con conditione però che noi raddrizziamo un' altra, che uiene a rispondere a Sta. Maria in uia Lata, uicina al palazzo de Saluiati.

Ha di più S. S.tà data intentione di uoler aiutare a pagare le case, le quali saranno obligati i padroni che le habitano a darci libere post sex menses a die numeratae uel depositae pecuniae: li altri che le hanno a pigione, post mensem.

Mi è parso darne parte a V. R. ut consolemur inuicem in uerbis istis [2], sperando che nostro Signore le donerà ancora gratia di uedere in questa uita maggior frutto delle fatighe sue: per il che le priego dalla maestà sua molti e molti anni.

Di Roma alli 22 di Luglio [1581].

518 d

P. CLAUDIUS AQUAVIVA
PATRI ALPHONSO SALMERONI
ROMA 9 NOVEMBRIS 1581 [1].

Romanus pontifex, recuperata valetudine, collegio romano dotando et aedificando operam dari diligentissime curat.—P. Aquaviva cum suis assistentibus illum, grati animi ergo, invisit.

Napoli. Al P. Salmerone.—Quanto di scontentezza ci diede ne' giorni passati l' indispositione di N. S., tanto di consolatione è piacciuto alla diuina buontà di raddoppiarci, non solamente con rendercelo sano

[1] Ex regest. *Neapol. (1576-1583)*, fol. 85v.
[2] I THES. IV, 17.

[1] Ex regest. *Neapol. (1576-1583)*, fol. 93r.

ma con inspirarlo insieme alla fabrica del collegio romano [2]; perciò che essendo poco fa uacate due badie per la morte di Mons. Cesi, cherico di camera, nella collatione di esse alli nepoti piacque a S. S.tà di ricordarsi di noi, et così le impose pensione di cinque mila scudi l' anno per anni 20 per questa opera. Et di più ha assegnato 42 mila scudi per pagare l' isola uicina; che tanto uale il chericato: et la metà di questi si ha a pagare questa settimana; l' altra metà passato l' anno, secondo il costume della corte.

Et se mostra S. S.tà tanto desideroso di questa cosa, che in un giorno tre uolte mandò per li mastri di strada, incaricandogli che si leuino le difficoltà, et quanto prima si dia principio.

Io con li Padri assistenti fui a baciarle il piede, et ringratiarla dell' amor paterno col quale si degna abbracciarci; et ci riceue con tanta benignità, et con tante lodi della Compagnia, che ci riempì di consolatione, con promessa ancora di andarci aiutando con le occasioni, perchè disse che desideraua di uedere la fabrica compita et magnifica. V. R. che uede quanto prospero successo habbino le fatighe sue, si rallegri nel Signore, che ancor noi ci rallegriamo con lei; et ci aiuti a ringratiare la diuina buontà di tanta misericordia, quanto si degna usare con noi.

Aggiunta di N. P. Mi son consolato poi molto che il P. Paez riesca con tanto gusto di V. R., non solo per contento di lei et per seruigio commune, affinchè l' opera uada presto innanzi, ma anche per qualche amor proprio, essendo stato io il primo forse che mentre ero in Napoli lo proposi a V. R. [3].

Ho hauuto una lettera adesso dal Sr. duca, mio fratello; et poichè ueggo che si ferma a Napoli, mi pare che a V. R. tocchi, per l' osseruanza ch' egli le porta, il farlo spirituale in tutto, già che ha buoni desiderii et capacità.

Di Roma alli 9 di 9.bre 1581.

---

[2] Vide epistolas praecedentes.

[3] Vide epist. 517b, annot. 2 et 3.

519

PATRI CLAUDIO AQUAVIVAE

NEAPOLI ANTE 10 FEBRUARII 1582 [1].

De situ pro domus professorum neapolitanae fabrica seligendo.

519 ª

P. CLAUDIUS AQUAVIVA
PATRI ALPHONSO SALMERONI

ROMA 10 FEBRUARII 1582 [1].

De palatio ducis de Gravina et domus professorum fabrica.

Napoli. P. Salmerone.—Non feci subito risposta alla lettera del Sr. Vignes [2], nella quale [a] mi daua auiso di quanto per commun parere [b] fu concluso intorno al mutare del sito, perchè di costì mi uenne significato quell' istesso che V. R. mi scriue, che per lettera commune sarei stato auisato del tutto. Et così mi parue di soprasedere sino a tal auiso; il quale non essendo uenuto, anzi sopraggiuntemi poi una di V. R., un' altra del Sr. Vignes, et del Sr. duca di Seminara sopra la cosa di Grauina, ho preso per ispediente, conforme a quanto mi scriue il Padre provinciale per parte di V. R., di mandare costà hora il fratello Giuseppe Valeriano [3], il quale per la buona intelligenza che ha delle cose di architettura et di fabriche al modo nostro, saprà giudicare come si possa ben accommodare questo palazzo. Et così si potrà con più sicurezza risoluere quello che s' habbia a fare.

In tanto pregheremo il Signore che c' incammini per quella strada, che ci conduca al suo maggior seruigio.

Et con raccommandarmi alli santi sacrificii et orationi di V. R. fo fine.

Di Roma alli X di Febraro 1582.

---

[a] alla lettere del Sr. Vignes, nelle quale *ms.* —[b] parece *ms.*

---

[1] Ex responsione P. Claudii huic subnexa.

[1] Ex regest. *Neapol. (1576-1583)*, fol. 113r.

[2] Hieronymus Vignes, saepissime in superioribus litteris laudatus.

[3] De P. Josepho Valeriani haec ad rem affert SCHINOSI, loc. cit., part. I, lib. V, cap. 6: «questo [palazzo] giusto il modello di Giuseppe Valeriani dall' Aquila, nostro sacerdote, dovea tutto intero, e con anche alcuna porzion del giardino che vi havea dalla parte dietro, convertirsi in chiesa». Notandum autem haec non de palatio ducis de Gravina, sed de aedibus principis salernitati, intelligenda, prout SCHINOSI in loco citato fusius declarat. Cf. SACCHINUM, loc. cit., part. V, lib. IV, n. 21.

519 b

P. CLAUDIUS AQUAVIVA
PATRI ALPHONSO SALMERONI
ROMA 10 MARTII 1582 [1].

Domus professorum neapolitanae negotium nondum definiri potest.— Claudius provincias Hispaniae aliasque plures lustrare cogitat.—Salmeronem hac de re consulit.— Summus pontifex Claudii consilium probat.

P. Salmerone. Non habbiamo ancora, con alcune consulte et discorsi fatti sopra il negotio della casa, potuto concludere cosa alcuna di certo, per alcune difficultà, che per ogni parte andiamo trouando: speriamo però al fermo per la posta seguente mandar con la grazia di nostro Signore alcuna risolutione.

Sì che questa solo era per dar parte a V. R. di un nostro pensiero, acciò che tanto più lo raccommandi al Signore, perchè non dubito che debba esser conforme ancor' al giudicio et parere di lei. Et questo è, di andar uisitando prima la Spagna; dopoi, secondochè nostro Signore sarà seruito, buona parte della Compagnia nostra, come intendo esser commune desiderio de tutti i nostri; et nostro Signore mi dà speranza douer esser a suo honore [2].

L' altro giorno ancora communicando io questo disegno con S. S.tà l' hebbe per bene, il che anco tanto più [mi] animò et confermò che fosse uoluntà di Dio, poichè era piaciuto al suo vicario.

Hora ci andiamo spedendo da alcuni negotii più necessarii, che teniamo fra le mani, acciò che, se altro non disponesse nostro Signore, fatta pasqua possiamo trouarsi in punto al primo passaggio che la diuina prouidenza si degni offerirci.

Resta che la R. V., secondo la sua carità, ci raccommandi molto a nostro Signore, et in ogni altro, et particolarmente in questo negotio, acciò che egli si degni accettar queste nostre poche fatiche, drizzate ad honor suo, et fauorirle con la sua santa gratia et benedittione.

Di Roma a dì 10 dì Marzo 1582.

---

[1] Ex regest. *Neapol. (1576-1583)*, fol. 118*v. Hoc fol. solutum est.

[2] Hanc P. Claudii in Hispaniam profectionem postulaverant Patres hispani, et alii e variis provinciis generalem praepositum totam Societatem, saltem in Europa, lustrare exoptabant, jamque id exsequi statuerat Claudius; sed, re melius perpensa, id non expedire tandem censuit, et ab hoc proposito destitit, prout fuse a SACCHINO, loc. cit., part. V, lib. II, nn. 1-18, litteris consignatur.

519 c

P. CLAUDIUS AQUAVIVA
PATRI ALPHONSO SALMERONI
ROMA 17 MARTII 1582 [1].

Collegium castrovillariense Nuceriam non transferendum.—De situ domus professorum deligendo deliberatur.—Si Claudius in Hispaniam transmittere valeat, neapolitanos socios invisere meditatur.—Oper S. Dionysii areopagitae Salmeroni offert.

Napoli. Al P. Salmerone.—Molto bene è informata V. R. delle cause perchè non conuiene trasferire il collegio di Castrouillari a Nocera. Scriuo pertanto al Sr. duca che ci scussi se questo non può riuscire, perchè oltre molte difficoltà che corrono in questo negozio se n' è [a] già data promessa alle communità di Castrouillari, la quale haurebbe ragione di dolersi di noi, quando ci risoluessimo a leuare il collegio per trasportarlo altroue. Credo che S. Ecc.^{za} resterà capace.

Pensauamo determinare questa 7.na il negozio del sito della casa professa, perchè già s' erano superate tutte le difficoltà; ma se ne sono scoperte dell' altri, le quali bisogna che si considerino; ma presto risolueremo.

Forse che con l' occasione dell' andata mia in Ispagna uerrò sino a Napoli. Mi è stato caro che V. R. si sia rihauuta della sua indispositione; et per mia uentura ho sentito prima il meglioramento che l' infirmità.

Priego al Signore etc.

Aggionta. Mi hanno mandato di Francia l' opere di Sto. Dionigi Areopagita, con Pachimerio, et Sto. Massimo di bellissima stampa di Roberto Stefano, greca. Ho dedicate a V. R. S' ella non le ha, auuisimi, che si manderanno; et spero che le piaceranno molto.

---

[a] se n' o *ms.*

---

[1] Ex regest. *Neapol. (1576-1583)*, fol. 118r, inter duas epistolas, quae diem 17 Martii 1582 prae se ferunt; unde eidem diei illam adscribendam duximus. Vide epistolas praecedentes, quae de iisdem negotiis agunt.

519 d

P. CLAUDIUS AQUAVIVA
PATRI ALPHONSO SALMERONI
ROMA 31 MARTII 1582 [1].

Salmeronis affectam valetudinem indolet.—Eidem opera S. Dionysii areopagitae mittit.—De suo itinere nihildum statuere potest.—De domus neapolitanae situ alias scripsit.

Napoli. Al P. Salmerone. – Mi ha dato trauaglio l' indispositione di V. R., credendomi ch' ella già ne fusse affatto libera: uo nondimeno pensando che, per non esser altro che il suo catarro antico, non sarà cosa pericolosa, come ne priego il Signore con ogni affetto.

Mando hora l' opere di S. Dionigi Areopagita, di quali le scrissi [2]; et quanto sono di megliore stampa et ben legate, tanto le mando più uolentieri, parendomi ch' elle siano molto ben collocate in mano di V. R.

Del mio uenire a Napoli [3], se bene io mi consolerei grandemente col uedere V. R. et cotesti altri Padri e fratelli, nondimeno sin' adesso non posso risoluere cosa alcuna di certo, perchè questo pende dall' imbarcatione, la quale sin hora non so se sarà in Napoli, o uero in Genoua; ma l' occasione consigliarà che partito si debbia pigliare.

Quanto al sito [4] non dico altro, perchè scrissi pienamente la settimana passata.

Et con questo facendo fine, priego a V. R. sanità perfetta et lunghezza di uita per commune consolatione nostra.

Di Roma all' ultimo di Marzo 1582.

520

PATRI CLAUDIO AQUAVIVAE
NEAPOLI 26 MAJI 1582 [1].

Pro exemplo Novi Testamenti graece et syriace conscripti ad se misso gratias agit. — Quod autem Claudius iter suum procrastinaverit, laudat.

Molto Rdo. in X.[to] Padre nostro.

P. C.

Il Nuovo Testamento che V. P. mi ha mandato, greco et si-

---

[1] Ex regest. *Neapol. (1576-1583)*, fol. 120r. [2] Vide epist. 519c.
[3] Vide epist. 519c. [4] Vide epistolas praecedentes.

[1] Ex transumpto, ut videtur, non coaevo, in codice *Epist. Salmer.*, 2 fol., n. 148. Respondet epistolae P. Claudii, quam huic subjicimus. Partem hujus monumenti edidit BOERO, loc. cit., pag. 156.

riaco, mi è stato carissimo, non tanto perchè esso è molto bello, e ben ligato, e molto comodo da portarselo con seco; ma principalmente perchè V. P. si ha uoluto spontaneamente priuar per darmelo a me, nella quale nondimeno stava molto ben impiegato, massime che, avendo da fare tanto viaggio, era tanto comodo e portatile. Et si bene alla P. V. non gli avanzarà tempo per leggerlo, però molto ben so che l' inclinazione non gli manca alla P. V., nè mancò l' ingegno e giudizio, da cavarne in poco tempo assai più frutto, che non farò io in molto tempo; et per questo conto lo stimo più che per gli altri conti.

Ha fatto molto saviamente la P. V. in non moversi in questi caldi, senza aver prima certezza di navigazione [2]: e qua le galeazze andano in buon termine da finirsene, e ci potria fare il Signore quest' altra grazia, che qua si trouasse il passaggio che si desidera, e tutti restariamo consolati di vederla. Et alla fine di questo mese s' aspetta qua il signor duca suo fratello.

In questo mentre humilmente mi raccomando alle sue sante orationi et sacrifici appresso Iddio N. S., il quale conservi et aumenti la V. P. in sua santa grazia.

Napoli a 26 di Maggio 1582.

Di V. molto R. P. seruo in Domino, et figliolo,

ALFONSO SALMERON.

Inscriptio. Al molto Rdo. in Christo Padre nostro, il P. Claudio Acquaviva, preposito generale della Compagnia di Giesù.

520 ª

P. CLAUDIUS AQUAVIVA
PATRI ALPHONSO SALMERONI
ROMA 19 MAJI 1582 [1].

Novum Testamentum graece et syriace conscriptum Salmeroni transmittit.—Iter suum in Hispaniam procrastinatur.

Napoli. Al P. Alfonso Salmerone.—Di Francia mi è stato mandato

[2] Vide epistolas superiores, ubi de itinere a P. Aquaviva meditato agitur.

[1] Ex regest. *Neapol. (1576-1583)*, fol. 140r. Huic epistolae respondet praecedens.

un Testamento Nuouo in greco et siriaco della stampa del Plantino, il quale suol' esser diligente. Mi è parsa cosa più per V. R. che per me, la quale meglio di me se ne potrà et saprà ualere. Gli lo mando dunque con desiderio che sia cosa a sua sodisfattione e gusto.

La mia partita ua tuttauia sospesa, perchè, come V. R. hauerà inteso, la uia di Francia non è tanto sicura come si desiderarebbe, et per mare non ui è sin' hora certezza di passaggio.

Alli santi sacrificii et orationi etc.

Di Roma alli 19 di Maggio [1582].

521

PATRI CLAUDIO AQUAVIVAE

PORTO FOSSO 22 JUNII 1582 [1].

Nola Neapolim se confert, ubi Patri Jacobo Paëz morienti adest.

Molto Rdo. in Christo Padre nostro.

P. C.

Stando in Nola venerdì passato, et de donde scrissi vna lettera alla P. V. [2], fui avvisato dal Padre rettore di Napoli [3], come il P. Paez estava molto male, et con gran pericolo della vita, et che me desiderava vedere avanti che finisse: con la qual nova io subbito tornai in Napoli, et hebbi tempo di consolar me stesso et allui, per vederlo tanto risoluto et preparato con la grazia di Dio alla morte; et così, due giorni dopo che arrivai, rese l' anima al Signore con grande edificazione de tutti. L' altro giorno li fu celebrato l' officio; et, sepolto, me ne tornai col Padre provinciale [4] in Somma, donde spero stare alquanti giorni, et dopo ritornarmene a Napoli.

---

[1] Ex apographo, forte non coaevo, in codice *Epist. Salmer.*, I fol., n. 149. Edita est a P. BOERO, loc. cit., pagg. 159-160. Ubi autem Salmeron ait «me ne tornai col Padre provinciale in Somma» BOERO legit «me ne tornai a Nola col P. Provinciale».

[2] Hanc epistolam interiisse existimamus.

[3] P. Antonius Lisius, de quo haec SCHINOSI, loc. cit., part. I, lib. V, cap. 2: «P. Antonio Lisio, huom gravissimo, e qui celebrato per la si egregiamente occupata cattedra teologica, ... dopo la qual' opera, [Lycii erudiendae juventae posita] qua ne ritornarebbe il Lisio, come di fatto avvenne nel Maggio di quest' anno [1581], a reggere il collegio napoletano, successor di Benedetto Sardi.»

[4] P. Ludovicus Masellus (Maselli). SCHINOSI, loc. cit., ibid.

Della sua malatia et altre circostanze non escrivo più in particolare, perchè le scrivirà il Padre retor. Solamente dirò che al vicerè [5] molto li dispiacque, et ne fe[ce] gran sentimento, et così anco monsignor l' arcivescovo [6], et tutti li altri signori et amici di casa, da quali era amato molto, così anco come quelli di casa, et io particolarmente, perchè, oltra del comun dolore, mi manca quello che con tanta diligenza rivedeva le operette nostre, et destramente avisava di tutto quello che li pareva. Raccomando in Domino a V. P. l' anima sua, acciocchè con li suffraggi suoi et degli altri Padri et fratelli inveniat apud Deum refrigerium et misericordiam: et parimente raccomando me stesso alli santi sagrificii et orazioni di V. P.

Da Porto Fosso alli 22 di Giugno del 1582.

Prego humilmente V. P. dia ricapito alla lettera che va con esta per il Illmo. cardinal Carrafa.

Di V. P. molto Rda. seruo et figliolo in X.to,

ALFONSO SALMERON.

Inscriptio. Al molto Rdo. in X.to Padre nostro, il P. Claudio Acquaviva, preposito generale della Compagnia di Gesù.

522

PATRI CLAUDIO AQUAVIVAE

NEAPOLI I SEPTEMBRIS 1582 [1].

Salmeronis sententia circa rationem tenendam in theologia et philosophia edocendis.—Non esse unum aliquem auctorem praescribendum, quem in omnibus sequamur.—Conveniendum in iis, quae Scriptura sacra, ecclesia ipsa et summi pontifices decreverunt.

Ihus M.a

†

Admodum reuerende et religiosissime Pater.

Litteris ad XVI kalendas Augusti [a] ad me datis efflagitasti ut

[a] *Sic;* Septembris ? *Vide epist. seq., annot. 1.*

[5] Joannes de Zúñiga. [6] Annibal de Capua.

[1] Ex archetypo, in codice, cui titulus *Monumenta de ratione studio-*

scripto aliquo meam consignarem sententiam quaenam esset studiorum, tum in philosophicis tum in theologicis disciplinis, a nostris ratio tenenda atque obseruanda, per quam illud consequi possemus vt idipsum sentiremus, et diceremus omnes, et non essent in nobis schismata, hoc est, dissensiones et sectae. Res profecto, quae summe ecclesiam aedificaret, et nobis ipsis, atque adeo externis, salutaris existeret et multa commoda secum adferret. Caeterum ut hoc honestissimum et utilissimum foret, ita illud attingere longe difficillimum est; rarissime enim concordia doctrinae inuenitur et idem animorum voluntatumque consensus, etiam in viris magna sanctitate praeditis, ut facile esset mihi, tum experientia, tum illustribus exemplis ostendere. Quis enim nesciat tum Paulum et Barnabam, tantos Christi apostolos, inter se nonnihil dissensionis passos fuisse; Petrum et Paulum diuersas, immo contrarias sententias de legalium caeremoniarum obseruantia secutos; Cyprianum item cum Cornelio et Stephano, pontificibus romanis, de baptismo haereticorum disputasse; Hieronymum item cum Ruffino et Augustino de multis, spectantibus ad sacras litteras, oppositas sententias tenuisse; Chrysosto-

---

rum. 1583-1613, descripto in *Monum. paedagogica*, pagg. 14-51, ff. 30 et 31. Mentionem hujus epistolae fecimus apud nostra *Monumenta paedagogica*, pagg. 15 et 870-871. Exemplar archetypum nondum, quod sciamus, editum est. Versio gallica, quae prodiit in recensione parisiensi Patrum nostrae Societatis, cui titulus *Études*, ann. 1864, tom. III, pag. 557, nec integrum exhibet archetypum, nec omnino ad fidem illius exacta est, quamvis discrepantiae, nec multae, nec majoris momenti aestimandae videntur. Ex recensione gallica hoc monumentum deprompsit cl. P. Palmieri, illudque addidit suo tractatui *De Deo creante et elevante*, pag. 781. Huic Salmeronis epistolae duas Patris Claudii Aquavivae subnectimus, quarum prior eidem Salmeroni injungit ut suam sententiam de studiorum ratione in Societate tenenda aperiat, cui statim obtemperans, hanc epistolam Claudio dedit. Alteram scripsit Aquaviva postquam Salmeronis sententiam perlegit, quam quidem propriae de studiis Societatis sententiae omnino conformem asserit, nuntiosque de rebus Japoniae addit, qui sane nostris praesertim diebus valde opportuni ac scitu digni censendi sunt. Quod ad tempus, quo haec epistola data est, nullum remanet dubium eam anno 1582 scriptam fuisse, quamvis errore librarii annus 1583 scriptus fuerit. Recte autem ab annotatore hujus monumenti a tergo annus scriptionis 1582 notatur. Caeterum ex litteris Aquavivae huic monumento additis omne dubium, si quod remaneret, evanescit.

mum item a Theophilo Alexandrino dissensisse? Idem possem aliis exemplis illuminare, nisi alio nostra properaret oratio.

Etsi uero, Pater prudentissime, pro tua singulari sapientia, per te ipsum et tuo marte de his nos erudire posses, et nullo aliorum (praeter eos, qui tibi de more assistunt) consilio indigeres, voluisti tamen plures disserentes audire, vt quod optimum ac praestantissimum post multa consilia inuentum esset, id deligeres et omnibus obseruandum proponeres. Ego uero, etsi meae tenuitatis conscius alios haec tractantes libentius audirem; quia tamen mihi hoc facere fas non fuit, malui abs te desiderari prudentiam meam quam, si id non fecissem, beneuolentiam atque adeo, quam tuis debeo iussis, obedientiam [b]. Paucis ergo meam sententiam explicabo.

Primum igitur existimo Societati nostrae minime expedire, vt certum aliquem doctorem, siue scholasticae theologiae scriptorem, tamquam ducem nostrum ita deligamus et amplectamur, vt in eius verba et sententias iuremus omnes, vt pro illis tanquam pro aris et focis propugnandis decertemus. Nullus siquidem auctor hactenus in Ecclesia inuentus (neque certe in futurum sperari potest), qui ita in omnibus suis scriptis et sensibus excelluerit, vt in quibusdam interdum humana passus, non fuerit prolapsus; aut, ut parce loquar, qui non aliquando minus probabiliter senserit, quam alii; vt propterea nulla ei fiat iniuria, si eius opinio deseratur. Deinde etiam solis canonicis libris hoc auctoritatis fastigium conuenit, ut nihil sit in illis reiiciendum, nihil repudiandum, nihil non omni fide suscipiendum et exosculandum, quanquam nobis aliter forsitan videretur. Esset enim homines Deo aequare uelle, cuius bonitate et munificentia allata est in mundum prophetica scriptura.

Deinde assero aliquos praeclaros extitisse in ecclesia uiros, qui rem theologicam vehementer illustrarunt, quos inter eminuit B. Thomas, qui et ingenii perspicacitate, ac perspicuitate, et facilitate, atque arte explicandi, et veterum Patrum scriptis illam corroborauit, et ab haereticorum argutiis et fraudibus mu-

[b] *Haec omnia a verbis illis* Idem possem aliis *omittuntur in versione gallica apud Palmieri, cujus editionem cum archet. contulimus.*

nitam illam et sartam tectam nobis reddidit; vt merito proinde a nostro Patre sanctae memoriae Ignatio constitutum fuerit, ut nostri eum in scholastica theologia praelegerent, ratus eos solidos et catholicos theologos futuros, qui eius monimentis et scriptis essent imbuti. Tamen [c], quoniam in quibusdam nonnulla sensit, quae ab aliis theologis communiter non recipiuntur, et quae nostro tempori minime conueniunt, non putaui[t] operae pretium esse vt praecepto aliquo nostri adigantur ad omnes eius sententias tuendas ac propugnandas, cum nec ipsi dominicanae familiae lectores ad hoc per suos superiores cogantur. Nam, vt praetermittam, quae de conceptione beatae Virginis docuit, nonnulla sunt magni momenti, quae non video qua ratione defendi possint, vt quae scripsit de forma verborum, quibus conficitur sanguis Christi, in quibus etiam a suis deseritur. Rursus quae de matrimonio rato et non consummato scripsit, tradens in illud papae dispensationem non cadere; cuius tamen contrarium et ante aliquot secula, et nostra etiam aetate pontifices nonnulli fecerunt; vt interim omittam quae de matrimonio clandestino in concilio tridentino sunt reuocata; ac proinde tempori nostro non sunt accommodata. Non desunt alia, quae poteram proponere, etiam ex principiis philosophicis desumpta, quibus assertiones theologicas parum solidas et firmas interdum reddidit. Videremur etiam in futurum plus hominem quam ipsam ueritatem diligere, quae, a quocumque dicatur, vt Ambrosius dixit, a sancto dicitur Spiritu: et ut ipse quoque philosophus dixisse perhibetur: Amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica veritas; et quidam etiam eleganter:

Saepe etiam est olitor (inquit) valde opportuna locutus.

Qua ratione etiam Moses sapientissimus, et a Deo instructus in administrando et regendo populo Dei, consilium pagani hominis, Jethro scilicet, soceri sui, non detrectauit. Quod si interdum Hieronymi, uel Augustini, uel Cypriani sententiam pro veritate aliqua tuenda non recipimus, et hac in parte nulla infer-

c *Plura in sequentib. paragr. omittit vers. gall.*

tur tantis viris contumelia, quos scimus excellentes et praestantes in ecclesia Dei doctores extitisse, quid absurdi erit si in nonnullis [d] dicamur non sequi sententiam B. Thomae? Et ut periculum est ne, propter bene dicta ab aliquo scriptore, illa etiam, quae leuibus et debilibus rationibus interdum comprobat, amplectamur, ita rursus cauendum est, ne propter aliqua minus solide et efficaciter disputata uelimus, quae firmis et efficacibus argumentis comprobantur, respuere; vt interim nihil dicam de externis, qui nostras scholas frequentant, qui desiderant eam doctrinam audire, quae magis solida et firma est, a quocunque tandem illa dicatur. Et ita timeo ne, cum mederi volumus dissidiorum in dogmatibus morbo, maius aliquod vulnus illi accersamus [e], et ex jesuinis [*sic*] asserant nos mirabili metamorphosi in thomistas aut in dominicanos transformatos.

Quod igitur in constitutionibus [2] P. Ignativs dixit: in scholastica theologia praelegendum B. Thomam; expendendum venit non dixisse sequendum semper in omnibus. Quod si quis intelligeret idem esse «praelegendum esse», atque «sequendum»; non deesset ex ipsomet capite, et ex ipsius Patris uerbis inferius positis aliquid, quod eam explicationem ueram non esse ostenderet; quia inferius statuit: «In logica et philosophia morali et naturali et metaphysica sequenda est doctrina Aristotelis [3].» Quando scilicet illa non pugnat cum fide aut cum ratione solidiori, ut fieri solet a doctis uiris, qui interpretantur Aristotelem.

Praeterea maxime prospiciendum esse censeo, ne quis, ingenio liberiori natus, aut rerum nouarum cupidus, nouam aliquam condat doctrinam. Nouam autem explico eam esse, quae aut cum haereticis quoquo modo consentit, aut quae contrarium doceret his, quae ex primis principiis philosophorum et theologorum eliciuntur, quam ut plurimum omnes scholae consectantur.

Quia uero facile elabi posset quisquam asserendo non esse nouam, quae reuera noua est, aut esse nouam, quae noua non est;

---

[d] *Haec duo verba omissa ibid.* —[e] *5 ult. verba omissa ibid.*

---

[2] Parte IV, cap. XIV, n. 1, B.
[3] Ibid., n. 3.

id quaestionis aliorum iudicio terminandum esset, ne progressus fieret in infinitum, et ut altercationes aliquando sopirentur. Et cum haec lex per prouinciales nostros esset transigenda, danda esset opera, vt illi ipsi singulari essent theologiae doctrina exculti atque ornati. Quod si aliquando contingeret, vt aliquis ex nostris Dei munere mitteretur, qui doctrinam theologicam noua quadam ratione et praestantiori via scripto traderet, vt aliquando futurum expectabat bonae memoriae B. Ignatius[f]; non esset illi resistendum, sed res referenda ad Patrem generalem, qui, re cognita, et cum aliis, quos vellet, consultata, si operae pretium esset, et cognosceret aptum esse eum ad operis coepti consummationem vrgere, et, quatenus opus esset, fouere et adiuuare posset. Quandoquidem omnes disciplinae progressu temporis excultae fuerunt et perfectae; et non est humanum ingenium ita effoetum et sterile, vt non possit, iuuante Domino, illud aliquando praestare. Cur ergo uolumus nobis ipsis hanc gloriam inuidere, si illam nobis Devs concedere dignetur?

Denique non censeo esse vllum catalogum propositionum, a quibus defendendis sit nobis abstinendum, contexendum; quoniam cum id aliquando iam factum sit, non tamen satis foeliciter successit. Si tamen ille conficeretur, censerem in quam paucissimas propositiones numerum earum redigendum, ne videamur nimium in angustum ingenia hominum constringere, aut sententias et propositiones, ab ecclesia nondum damnatas, praeiudicio nostro damnare. Tum, ne videamur caeteris religionibus rigidiores, quae suis theologis permittunt, quas uelint, propositiones aut impugnare aut tueri. Et satis esse putandum nostris est, si sacrae regulis Scripturae, et ecclesiae definitionibus, et pontificum et conciliorum decretis, ad recte de fide et pietate sentiendum, tanquam cancellis quibusdam constringantur et arctentur.

Quod si perfectam doctrinae unitatem assequi non valeamus, ad eam tamen, quae hic dum uiuimus haberi potest, perueniamus iuxta illud apostolicum: «Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus; et si quid aliter sapitis, et hoc uobis Devs reue-

[f] *Pro* B. Ignatius *habetur* notre Père *ibid.*

labit [4].» Veruntamen ad quod peruenimus, vt idem sapiamus, in eadem permaneamus regula. Vult enim Apostolus ut saltem in his, ad quae peruenimus dogmata, eorum consensum et concordiam retineamus; in reliquis libertate nostra fruamur.

Haec scripsi vt tibi morem gererem [g]. Cuncta tamen, quaecunque dixi, tuo iudicio et censurae libenter subdo: et interim precibus pulsabimus Dominum, vt ea tibi suggerere per bonum aliquem angelum uelit, quae in primis ad Christi gloriam et nostrae Societatis bonum et commodum spectent. Neapoli, Kalendis Septembris 1583 [h].

Tuae admodum R.dae Paternitatis filius et seruus in Dno.

ALFONSUS SALMERON.

Inscriptio. † Admodum Reuer.do in Chro. Pre. nro. il P. Claudio Aquaviua, preposito gnale. della Comp.a di Giesv, etc. a Roma.

Alia manu. 1582 [*sic*]. Neapoli. P. Salmeron. Calend. Sept.

522 a

P. CLAUDIUS AQUAVIVA
PATRI ALPHONSO SALMERONI
ROMA 18 AUGUSTI 1582 [1].

De ratione in studiis Societatis tenenda sententiam Salmeronis exquirit.

Napoli. Al P. Alfonso Salmerone.—Perchè da diuerse parti uengo auisato di molti inconuenienti che nascano circa la dottrina, pare che non conuenga differire molto il rimedio.

---

